[illegible]

Est autem duplex [illegible]

[illegible]

finis remotus [illegible]

[illegible]

Secundo

notandum [illegible]

[illegible]

Secundo notandum [illegible]

[illegible]

Secundum quendam [illegible]

[illegible]

Si autem [illegible]

[illegible]

Sicut dicit philosophus in principio metaphysice sapientis est ordinare. Cuius ratio est quia sapientia est potissima perfectio rationis, cuius proprium est cognoscere ordinem. Nam si vires sensitive cognoscant res aliquas absolute, ordinem tamen unius rei ad aliam cognoscere est solius intellectus aut rationis. Invenitur autem duplex ordo in rebus. Unus quidem partium alicuius totius seu multitudinis ad invicem, sicut partes domus ad invicem ordinantur. Alius autem ordo est rerum in finem. Et hic ordo principalior quam primus. [illegible]

[illegible]

Liber Ethicorum Aristotelis.

[illegible]

... meliori operationibus sicut gn[illegible] et meli[us] g[illegible] ... finis ... ad finem ... ad finem ... ad diuersos fines ...
[illegible] aut operationibus ... actiuum ad finem ... facit ... ordinatur ad diuersos fines ...

¶ Tytulus huius libri est: liber moralium Aristotelis [illegible] ad Nicomachum ... moralium ... quo ... de ethica ... longa ... tangit auctor ... [illegible] ... a ... fuit ... mos ... breue vel ab ethos ... [illegible] ... dicitur ... Diuiditur autem liber iste ... suscepti operis ad Nicomachum ... vel ... quidam ... non sufficit ... x libri ... tradit scientiam moralem ... agit de morali ... ad alias partes ... de contemplatiua ... vi libro ... de consideratione huius scientie sit ... moralis et ... contemplatiua ... agit de morali ... de felicitate morali ... de virtute ... hoc ... felicitas finis est moralium virtutum ... finalis potissima ... agit de felicitate morali ... de virtute ... ad virtutem ... felicitatis ... et moralitas ... agit de felicitate ... de quodam accidente ... laudabile ... de feli[citate] ... Si autem est fel[icitas] ... de felicitate ... dicamus autem ... modo ... posse ... Omnis autem ... politice ... sit de ea determinare. Si autem sit agendi, dicetur autem ... quis sit auditor ... Dicamus vero ... hoc ... omnia appetunt bonum ... distinguitur ... finis desideratur ... humanum bonum. Si itaque est aliquis ... non vadit in infinitum ... bonum ... Ratio talis est. Omne quod appetit, appetit ... modo artis vel ne[cessitatis] ... concordat ... de bono. Ideo bonum ... Si ... appetit bonum. Doctrina de moribus ... modo artis et alio ... modo ne[cessitatis].

¶ Differentia ... ponit diuersitatem finium ... operationem ... quorumdam autem ... ponit diuersitatem finium ... ordinem ... finium ... intendit ... quorumdam autem ... ponit ... Differt autem ...
... ordinem ... non impedit diuersitatem finium. Differt autem ...

Si utique ... est aliquis ... bonum ... humanum ... in infinitum ... omnis ... felicitas ... bonum humanum ... de felicitate ... est optimum ... Si autem sit ... videbitur autem ... principalissime ... Si ... ponit ... dignissimas ... principalem ... est ... felicitate ... disciplina ... leges dignissima ... finis ... disciplina ... omnibus aliis ... disciplinis ... finis ... Si enim ... videtur ... bonum ... gentis ...

¶ Dicetur autem ... modo ... [illegible] ... Bonum autem ... modo ... expertes ... auditor ... sicut ... Ideo ... expertes ...
... Differt autem ...

¶ Dicamus ... intendentes felicitatem ... quod est humanum bonum ... inquirit ... finis ... expertes operationum ...
... Si forte ... inquirit ... felicitatem ... disputat ... non autem ... videntur ... felicitate autem ...
... operationes ... non quidem ... ponit ... Bonum ... autem ...

[illegible]

Omnis ars et omnis doctrina, similiter autem actus et electio, bonum quoddam appetere videtur. Ideo bene enunciaverunt bonum quod omnia appetunt. Differentia autem quaedam videtur esse finium. Hii quidem enim sunt operationes, hii autem praeter has opera quaedam. Quorum autem sunt fines quidam praeter operationes, in hiis meliora existunt operationibus opera. Multis autem operationibus entibus et artibus et doctrinis, multi fiunt et fines. Medicinalis quidem enim sanitas, navifactive autem navigatio, militaris autem victoria, yconomice autem divitie. Quecumque autem sunt talium sub una quadam virtute, quemadmodum sub equestri frenifactiva et quecumque alie equestrium instrumentorum sunt; hec autem et omnis bellica operatio sub militari; secundum eundem utique modum alie sub alteris. In omnibus itaque architectonicarum fines sunt desiderabiliores hiis que sunt sub ipsis. Horum enim gratia et illa persequuntur. Differt autem nichil operationes ipsas esse fines actuum aut praeter has aliud quoddam, quemadmodum in dictis doctrinis. Si utique est aliquis finis operabilium quem propter ipsum volumus, alia autem propter illum, et non omnia propter alterum desideramus — procedit enim sic in infinitum, ut sit vacuum et inane desiderium — manifestum quoniam hic utique erit bonum et optimum. Igitur et ad vitam cognitio eius magnum habet incrementum, et quemadmodum sagittatores signum habentes magis utique adipiscemur quod oportet. Si autem sic, temptandum figuraliter accipere illud quid est et cuius disciplinarum vel virtutum. Videbitur autem utique principalissime et maxime architectonice esse. Talis utique et civilis apparet. Quas enim esse debitum disciplinarum in civitatibus et quales unumquemque addiscere et usque quo, hec preordinat. Videmus autem et pretiosissimas virtutum sub hac existentes, ut puta militarem, yconomicam, rethoricam. Utente autem hac reliquis practicis disciplinarum, amplius autem lege ponente quid oportet operari et a quibus abstinere, huius finis complectitur utique eos qui aliarum. Quare hic utique erit humanum bonum. Si enim et idem est uni et civitati, maiusque et perfectius quod civitatis videtur et suscipere et salvare. Amabile quidem enim et uni soli, melius autem et divinius genti et civitatibus. Methodus quidem igitur hec appetit, civilis quedam existens. Dicetur autem utique sufficienter si secundum subiectam materiam manifestetur. Certum enim non similiter in omnibus sermonibus querendum, quemadmodum neque in conditis. Bona autem et iusta de quibus civilis intendit, tantam habent differentiam et errorem ut videantur lege sola esse, natura autem non. Talem autem quendam errorem habent et bona, quoniam multis contingunt detrimenta ex ipsis. Iam enim quidam perierunt propter divitias, alii autem propter fortitudinem. Amabile igitur de talibus dicentes grosse et figuraliter veritatem ostendere, et de hiis que ut frequentius et ex talibus dicentes talia concludere. Eodem utique modo et recipere debitum est unumquodque. Disciplinati enim est in tantum certitudinem inquirere secundum unumquodque genus in quantum rei natura recipit. Proximum enim videtur et mathematicum persuadentem acceptare et rethoricum demonstrationes expetere. Unusquisque autem bene iudicat que cognoscit, et horum est bonus iudex. Simpliciter autem qui circa omnia eruditus. Ideo politice non est proprius auditor iuvenis. Inexpertus enim est eorum que secundum vitam actionum; sermones autem ex hiis et de hiis. Amplius autem passionum secutor existens vane audiet et inutiliter, quoniam finis est non cognitio sed actus. Differt autem nichil iuvenis secundum etatem aut secundum morem iuvenilis. Non enim a tempore defectus, sed propter secundum passiones vivere et persequi singula. Talibus enim inutilis cognitio fit quemadmodum incontinentibus. Secundum rationem autem desideria facientibus et operantibus multum utile erit de hiis scire. Et quid de auditore et qualiter demonstrandum et quid proponimus, prohemialiter dicta sint tanta. Dicamus autem resumentes, quoniam omnis cognitio et electio bonum aliquod desiderat …

[illegible]

quid et hoc quod dicimus eundem desiderare, et quod omnium operatorum summum bonum. Nomine quidem igitur a pluribus confessum est; felicitatem enim et multi et excellentes dicunt, bene vivere autem et bene operari idem existimant ei quod est felicem esse. De felicitate autem quid est ambigunt, et non similiter multi sapientibus tradiderunt. Hii quidem enim aliquid eorum que manifesta, utputa voluptatem, divitias et honorem. Alii autem aliud. Multotiens autem et idem ipse aliud: egrotans quidem enim sanitatem, mendicans autem divitias. Conscii autem sibiipsis ignorantie, eos qui magnum aliquid et supra ipsos dicunt admirantur. Quidam autem existimaverunt preter multa hec bona aliud quid esse secundum se, quod et omnibus causa est essendi bona. Omnes quidem igitur perscrutari opiniones, vanius forte est; sufficiens autem eas que maxime superficietenus, vel apparent habere aliquam rationem. Non lateat autem nos quoniam differunt qui a principiis rationes et qui ad principia. Bene enim et Plato dubitabat hoc, et querebat utrum a principiis vel ad principia est via, quemadmodum in stadio ab athlothetis ad finem vel e converso. Incipiendum quidem enim a cognitis. Hec autem dupliciter: hec quidem enim nobis, hec autem simpliciter. Forte igitur nobis incipiendum a nobis cognitis. Propter quod oportet consuetudinibus duci bene de bonis et iustis et universaliter de civilibus auditurum sufficienter. Principium enim quia; et si hoc appareat sufficienter, nihil addet propter quid. Qui autem talis, habet vel suscipiet utique principia facile. Cui autem neutrum existit horum, audiat que Hesiodi: Iste quidem optimus omnium qui ipse omnia intelligit; bonus autem rursus et ille qui dicenti obedit. Qui autem neque ipse intelligit neque alium audiens in animo ponit, hic rursus inutilis vir. Nos autem dicamus unde discessimus. Bonum enim et felicitatem non irrationabiliter videntur ex hiis que vite existimare. Multi quidem et gravissimi voluptatem. Ideo et vitam diligunt voluptuosam. Tres enim sunt maxime excellentes: et que nunc dicta, et que civilis, et tertia que contemplativa. Multi quidem igitur omnino bestiales videntur esse, pecudum vitam eligentes. Adipiscuntur autem rationem, quoniam multi eorum qui in potestate sunt similia patiuntur Sardanapalo. Qui autem excellentes et operativi honorem; civilis enim vite fere hic finis. Videtur autem superficialius esse eo quod queritur. Videtur enim in honorantibus magis esse quam in honorato. Bonum autem proprium quid et difficile auferibile divinamus. Amplius autem videntur honorem persequi ut credant seipsos bonos esse. Querunt igitur a prudentibus honorari et apud eos a quibus cognoscuntur, et in virtute. Manifestum igitur quoniam secundum hos melior virtus. Forsitan autem et magis utique finem civilis vite hanc existimabit. Videtur autem imperfectior et hec. Videtur enim contingere et dormire habentem virtutem vel non operari per vitam, et cum hiis mala pati et infortunari et plurima seu maxime. Sic autem viventem nullus utique felicitabit, nisi positionem custodiens. Et de hiis quidem igitur satis. Sufficienter enim in encycliis dictum est de ipsis. Tertia autem est contemplativa, de qua perscrutationem in sequentibus faciemus. Pecuniosus autem violentus quidam est, et divitie non sunt quod queritur bonum. Utile enim et alterius gratia. Ideo magis utique priora dicta sunt fines aliquis utique existimabit. Propter se enim diliguntur. Videtur autem neque illa. Quamvis multi sermones ad hec compositi sunt. Hec quidem igitur relinquantur. Quod autem universale melius est forte perscrutari, et querere qualiter dicitur. Etsi obvia tali questione fit propter amicos viros introducere ydeas. Videbitur autem utique melius esse forsitan et oportere pro salute veritatis et familiaria destruere, aliterque et philosophos existentes. Ambobus enim existentibus amicis sanctum prehonorare veritatem. Ferentes autem opinionem hanc non faciebant ydeas in quibus prius et posterius dicebant. Propter quod neque numerorum ydeam constituebant. Bonum autem dicitur et in eo quod quid

[illegible]

Admirabitur custodius dicit super 2° ethicorum quod aristoteles non improbat platonem de ydeis, sed eos qui male intelligunt et glosant predicta [illegible] ... forma ad exemplar mundi ... [illegible] ... improbat opinionem platonis de ydeis ... ponebat eas per se [illegible]

Propter quod [illegible] ... auditores ... [illegible] ... leges et ordines ... [illegible] ... audiat sententiam esyodi poete qui dixit quod ille est optimus ... [illegible] ... ad acquisitionem huius scientie.

Nos autem dicamus ... [illegible] ... opiniones ... de felicitate ... [illegible]

[illegible]

[illegible]

Deinde cum dicitur. Si autem neque haec et cetera. Ostendit quod dicere bonum separatum per se bonum esse repugnat ei quod est unam esse ydeam omnium bonorum [illegible] ydea et omnium quae dicuntur per se bona, id est. Videtur vero [illegible] et cetera [illegible]

[illegible]

e et in quali et in ad aliquid. Quod autem est per se ipsum et substantia prius natura eo quod ad aliquid; propagini enim hoc assimulatur et accidenti entis. Quare non utique erit communis quedam in hiis ydea. Amplius quoniam bonum equaliter dicitur enti (etenim in eo quod quid dicitur, puta deus et intellectus, et in quali virtutes, et in quanto commensuratum, et in ad aliquid utile, et in tempore tempus, et in loco dieta, et altera talia), manifestum quoniam non utique erit commune quid universale et unum. Non enim utique diceretur in omnibus predicamentis, sed in uno solo. Amplius autem quoniam eorum que secundum unam ydeam una est et scientia, et bonorum omnium esset utique una quedam scientia. Sunt autem multe et eorum que sub uno predicamento, puta temporis: in bello quidem enim militaris, in egritudine enim medicinalis; in laboribus autem exercitativa. Queret autem utique aliquis quid et volunt dicere per se unumquodque, si et per se homo et in homine una et eadem ratio que hominis. Secundum enim quod homo, non different. Si autem sic, neque secundum quod bonum. Sed neque eo quod perpetuum esse magis bonum erit, si neque magis album diuturnius eo quod unius diei. Probabilius autem videntur Pytagorici dicere de ipso, ponentes in bonorum coordinatione unum; quos utique et Speusippus sequi videtur. Sed de hiis quidem alius sit sermo. Hiis autem que dicta sunt dubitatio quedam subapparet, propter non de omni bono sermones dictos esse. Dicuntur autem secundum unam speciem que secundum se ipsa persequuntur et diliguntur; factiva autem horum vel conservativa aliqualiter, vel contrariorum prohibitiva, propter hec dici et alterum modum. Manifestum igitur quoniam dupliciter utique dicentur bona, et hec quidem secundum se ipsa, altera autem propter hec. Dividentes igitur ab utilibus que secundum se ipsa, intueamur si dicuntur secundum unam ydeam. Secundum se ipsa autem qualia ponet quis utique? Vel quecumque et solitaria persequuntur, puta sapere et videre, et voluptates quedam et honores? Hec enim etsi propter aliud quid persequimur, tamen secundum se bonorum ponet utique aliquis. Vel neque aliud aliquid preter ydeam? Quare vanum erit ydea. Si autem et hec sunt eorum que secundum se ipsa, boni rationem in omnibus ipsis eandem apparere oportebit, quemadmodum in nive et cerusa eam que albedinis. Honoris autem et prudentie et voluptatis alie et differentes sunt rationes, ea secundum quod bona. Non est igitur bonum commune quid secundum unam ydeam. Sed qualiter utique dicitur? Non enim assimulantur a casu equivocis. Sed certe eo quod est ab uno esse, vel ad unum omnia contendere, vel magis secundum analogiam? Sicut enim in corpore visus, in anima intellectus, et aliud utique in alio. Sed forte hec quidem relinquendum nunc; certificare enim de ipsis alterius utique erit philosophie magis proprium. Similiter autem et de ydea. Si enim et est unum quid quod communiter predicatur bonum, vel separabile quid ipsum secundum se ipsum, manifestum quoniam non utique erit operatum neque possessum homini. Nunc autem tale aliquid queritur. Forte autem videbitur utique alicui melius esse cognoscere ipsum ad possessa et operata bonorum; velud enim exemplum habentes magis sciemus et que nobis sunt bona; et si sciamus, adipiscemur ipsa. Probabilitatem igitur quandam habet sermo; videtur autem scientiis dissonare. Omnes enim bonum quoddam appetentes, et quo indigent inquirentes, relinquunt cognitionem ipsius. Quamvis auxilium tale omnes artifices ignorare et neque inquirere non est bene rationabile. Inutile autem et quid iuvabitur textor vel tector ad suam artem sciens ipsum bonum, vel qualiter magis medicus vel magis miles erit qui ydeam ipsam contemplatus est? Videtur quidem enim neque sanitatem ita intendere medicus, sed eam que hominis, magis autem forte eam que huius. Secundum unumquemque enim medicatur. Et de hiis quidem in tantum dictum sit.

Rursus autem redeamus ad quesitum bonum, quod utique sit. Videtur quidem enim

aliud in alia operatione et arte. Puta in medicinali et militari et reliquis similiter. Quid igitur uniuscuiusque bonum? Vel cuius gratia reliqua operata sunt? Hoc autem in medicinali quidem sanitas, in militari vero victoria, in edificativa autem domus, in alio vero aliud. In omni autem operatione et electione finis. Huius enim gratia reliqua operantur omnes. Quare siquis operatorum omnium est finis, hic utique erit operatum bonum. Si vero plura, hec. Transiens itaque sermo ad idem pervenit. Hoc autem adhuc magis explanare temptandum. Cum autem plures videntur fines, horum autem eligimus quosdam propter alterum, ut puta divitias, fistulas et omnino organa, manifestum est quod non sunt omnes perfecti. Optimum autem perfectum quid videtur. Quare siquidem est unum aliquod solum perfectum, hoc utique erit quod queritur. Si vero plura, perfectissimum horum. Perfectius autem dicimus quod secundum se ipsum est persequibile eo quod propter alterum, et quod numquam propter aliud eligibile his que secundum se ipsa et propter aliud eligibilibus, et simpliciter utique perfectum quod secundum se ipsum eligibile semper et numquam propter aliud. Tale itaque felicitas maxime utique videtur. Hanc enim eligimus semper propter se ipsam et numquam propter aliud. ~~Tale itaque felicitas maxime.~~ Honorem vero et voluptatem et intellectum et omnem virtutem eligimus quidem et propter ipsa, nullo enim adveniente eligeremus utique unumquodque ipsorum. Eligimus autem et felicitatis gratia, per hec suspicantes felices fore. Felicitatem autem nullus eligit horum gratia, neque omnino propter aliud. Videtur autem et ex per se sufficientia idem accidere. Perfectum enim bonum per se sufficiens esse videtur. Per se sufficiens autem dicimus non ipsi soli viventi vitam solitariam, sed parentibus et filiis et uxori et amicis et civibus, quoniam natura civile homo. Horum autem assumendus terminus quis. Extendenti enim ad parentes et progenies et amicos amicorum in infinitum procedit. Sed hoc quidem rursus perscrutandum. Per se sufficiens autem ponimus quod solitarium eligibile facit vitam et nullo indigentem. Tale autem omnium maxime eligibilem non connumeratam. Connumeratam autem manifestum quod eligibiliorem cum minimo bonorum. Superexcessus enim fit quod apponitur. Bonorum autem maius eligibilius semper. Perfectum itaque quid videtur et per se sufficiens felicitas, operatorum existens finis.

Sed forte felicitatem quidem optimum dicere confessum quid videtur. Desideratur autem manifestius quid est adhuc dici. Forte utique fiet hoc, si sumatur opus hominis. Quemadmodum enim tibicini et statuifici et omni artifici, et omnino quorum est opus aliquod et actus, in opere videtur bonum esse et bene, ita videbitur et homini, siquidem est opus aliquod ipsius. Utrum igitur textoris quidem et coriarii sunt opera quedam et actus, hominis vero nullum est, sed ociosum natum est? Vel quemadmodum oculi et manus et omnino uniuscuiusque particularum videtur aliquod opus, ita et hominis preter hec omnia ponet aliquis opus aliquod? Quid igitur utique hoc erit? Vivere quidem enim commune videtur et plantis. Queritur autem proprium. Separanda igitur nutritiva et augmentativa vita. Sequitur autem sensitiva quedam utique erit, videtur autem et hec communis et equo et bovi et omni animali. Relinquitur utique operativa quedam rationem habentis. Huius autem hoc quidem ut persuasibile rationi, hoc autem ut habens et intelligens. Dupliciter autem et hac dicta, eam que secundum operationem ponendum; principalius enim hec videtur dici. Si autem est opus hominis anime operatio secundum rationem vel non sine ratione. Idem autem dicimus genere opus esse huius et huius studiosi, quemadmodum cithariste et studiosi cithariste, et simpliciter utique hoc in omnibus, apposita secundum virtutem habundantia ad opus; cithariste quidem enim citharizare, studiosi autem bene. Si autem sic, hominis autem ponimus opus vitam quandam, hanc autem anime operationem et actum cum ratione, studiosi autem viri bene hec et optime, unumquodque autem bene secundum propriam virtutem

[illegible] ... mirabilem curam quam in scripturam studiosi labor exigit ... quod calle procedit ... beatitudinis finem ultimum pervenire id autem est bonum ... quo adepto nihil ulterius desiderare queat.

b. ¶ Deinde cum dicit: Si autem opus est hominis etc. Investigat diffinitionem felicitatis. Et dividitur in duas partes. Primo in duas divisiones
quas investigat. Secunda parte incipit ibi: Amplius autem etc. Primo ergo accipit primo quod si proprium opus hominis est sic
opus aliquod quod est secundum proprium rationem, ut non sit ratione ... quod proprium dicitur proprium rationem apparet regulari ratione. Hoc autem
invenitur omnibus quod id est opus alicuius rei in genere acceptum et opus illius rei si sit bone ... apponere
ex parte operis ... pertinet ad virtutem. Sicut opus citharistae est citharizare, opus autem boni citharistae
est bene citharizare, et similiter est in omnibus aliis. Si ergo opus hominis consistit in quadam vita, puta ... homo
hoc faciat, et hoc pertinet ad rationem virtutis, ... unumquodque bene virtutem secundum quam bene operatur ... optime
secundum quod bene agit. Si ergo opus optimum hominis est felicitas, et ut bene et optime operatur secundum rationem ... bonum
hominis est felicitas sit opus secundum virtutem ... et si est una tantum virtus hominis opus quae est secundum illam virtutem
felicitas. Si autem sunt plures virtutes hominis erit felicitas opus quod est secundum optimam illarum quia felicitas non
solum bonum est hominis sed optimum.

[illegible] ... comparatur actum ... [illegible] ... pars
... [illegible] ... in principio ... sufficiens ... respicit actum ... actu
... [illegible] ... finaliter ... effective ... principaliter
... [illegible] ... medium ... modo
... [illegible]
... [illegible]
... [illegible]

[illegible] ... felicitatis ... [illegible] ... felicitas
... [illegible] ... quam ordinat ... [illegible]
... [illegible] ... bonum ... [illegible]
... sufficientiam ... bonum esse optimum ... [illegible]

Sed forte quis posset dubitare ... bonum esse optimum ... finale ... sufficiens ... [illegible]
... [illegible] ... bonum esse optimum ... felicitatem ... [illegible]
optimum bonum.

[illegible] ... opinione ... possunt eos esse ... [illegible] ... finis bonorum anime ... [illegible] ... finis bonorum ... corporalium ... [illegible]

¶ Divisio ... itaque bonis et c. Postquam inventum est ... ad ea que ab antiquis de felicitate dicuntur ... que super ab ipso de felicitate ... ostenditur quod ... que omnes ... de felicitate ... ab antiquis dicuntur ...

... duo facit ... primo ostendit quod ... de felicitate ... ea que ... a ... dicuntur ... ostendit ... exteriora sicut divitie et honores et alia ...

Colorat autem ... et c. primo ostendit ... quod dividendo bona humana in tria ... quedam sunt exteriora sicut divitie et honores ... quedam corporis ... pertinent ad corpus sicut robur corporis pulchritudo et sanitas quedam vero ... interiora ... pertinent ad animam ... res exteriores sunt propter hominem ... sicut ... et alia ... inter que bona principalissima et maxima sunt ea que pertinent ad animam ... propter animam ... agens ... sententia omnium philosophorum ... bona anime sunt ... Stoyci et peripathetici ... Stoyci ponunt ... bona ... non esse hominis bona ... peripathetici ... exteriora ... bona anime ... principalissima ... bona corporis ... media ... ponebant ... opiniones anime ad anime bona pertinent ... principalibus ... felicitas ... principalissimum bonum ... boni anime ... felicitatem ... opinione ... principalissima bona ... operationes ...

∴ ... Recte autem et c. ... operationes anime ... quedam ... exteriora ... opiniones ... manentes ... operationes ... bonorum que sunt ... animam ... felicitatem esse operationem ... ad operationem ... felicitati ... exteriora ... ad operationes ... agentis ... felicitatem ...

Vel non solum premissa sententia invenitur ... opinionem philosophorum ponentium bona anime principalia ... felicitatem ...

·b· ¶ Colorat autem ... et c. ostendit quod premisse sententie conveniunt ... omnia de felicitate dicunt ... bene vivere et bene operari ... felicitatem ... assignato ... vita ... bona operatio ... felicitatis ...

·h· ... movet ad operandum. ¶ Deinde cum dicit Videntur autem et quecumque et c. ostendit quod premisse sententie conveniunt ... ea que ... dicuntur ... felicitate ... premisse ... operationem ... felicitate ... opiniones de felicitate ... felicitas ... virtus moralis ... felicitatem ... voluptatem ... felicitatem ... divitias ... felicitatem ...

·i· ... assignat ... operantium ... felicitas ... ¶ Deinde cum dicit ... opiniones ... felicitatem ... opinione ... ponit virtutem esse felicitatem ... addidit ... voluptatem ...

·k· ... ¶ Deinde cum dicit Differt autem et c. ... humana consuetudine ... quemadmodum autem et c. ... optimum ... ponatur ... virtutis ... optima ...

·l· ... secundum virtutem ... ¶ Deinde cum dicit Quemadmodum et c. ... consuetudines ... in Macedonia ... olimpiades ... fortissimi ... pugna ... optimi ... agonizabant ... illustres et felices ... operantur ... secundum virtutem ...

·m· ... virtute sit felicitas ... ¶ Est autem et vita eorum et c. Postquam philosophus ostendit de opinione que ponit felicitatem esse virtutem ... delectatione ... duo facit ... delectari ... indigens voluptate ... et c. ... duo facit primo ... delectari ... vita eorum qui operantur secundum virtutem ... delectabilis ... felicitas ... virtutis ... delectatio ...

·n· ¶ Deinde cum dicit Delectari quidem et c. ... operatione ... delectatio ... Multis quidem et c. ... delectari ... appetitum ... delectatio ... felicitatis ... amicus ... amatur ... delectatio ... amari ... virtuosus amat opera ... virtute ... delectatur ... delectatio ... operari ...

·o· ... operationes que sunt ... virtutes ... delectabiles ... virtutem ... ¶ Deinde cum dicit Multis quidem et c. ... delectationem ... delectabilia ... vulgarium hominum ... delectantur in effusione ... delectationes tales non sunt secundum naturam hominis ... delectationes ... opiniones secundum virtutes ... delectabiles ... homines ... naturale sit ... delectationem que est secundum operationem virtutis esse delectabilem.

... felicitate ... de felicitate ... secundum virtute ... [illegible]
[illegible]
[illegible]

vite perficit. Si autem hoc, humanum bonum operatio fit secundum virtutem. Si autem plures virtutes, secundum perfectissimam et optimam. Amplius autem in vita perfecta. Una enim hirundo ver non facit, nec una dies. Ita utique nec beatum et felicem una dies neque paucum tempus. Circumscribatur quidem igitur bonum: ita. Oportet enim figuraliter dicere primum, deinde posterius iterum describere. Videbitur autem utique omnis esse producere et particulari disponere que bene habent circumscriptione. Et tempus talium inventor vel cooperator bonus esse. Unde et artium facta sunt additamenta. Omnis enim est apponere quod deficit. Commemorasse autem et predictorum oportet, et certitudinem non in omnibus similiter exquirere, sed in singulis secundum subiectam materiam, et in tantum in quantum appropriatum doctrine. Etenim tector et geometra differenter inquirunt rectam. Hic quidem enim in quantum utilis ad opus, hic autem quid et vel quale quid: speculator enim est veri. Secundum eundem utique modum et in aliis est faciendum, ut non ergo opera operibus plura fiant. Non expetendum autem neque causam in omnibus similiter, sed sufficiens in quibusdam hoc quia demonstrari bene, ut puta circa principia. Hoc autem quia primum et principium. Principiorum autem hec quidem inductione contemplantur, hec autem sensu, hec autem consuetudine quadam, et alia autem aliter. Persequi autem temptandum singula secundum quod innata sunt, et studendum qualiter determinentur bene. Magnum enim habent auxilium ad sequentia. Videtur enim plus quam dimidium totius esse principium, et multa manifesta fieri per ipsum eorum que queruntur. Scrutandum autem de ipso non solum ex conclusione et ex quibus sermo, sed ex dictis de ipso. Vero quidem enim omnia consonant existentia, falso autem cito dissonat verum.

Divisis utique bonis tripliciter, et hiis quidem exterius dictis, hiis autem circa animam et corpora, circa animam principalissime dicimus et maxime bona. Actus autem et operationes animales circa animam ponimus. Quare bene utique dicetur secundum hanc opinionem antiquam existentem et confessam a philosophantibus. Recte autem et quoniam actus quidam dicuntur et operationes finis. Ita enim eorum que circa animam fit bonorum et non exteriorum. Consonat autem rationi et bene vivere et bene operari felicem. Fere enim bona vita quedam dicta est et bona operatio. Videntur autem et que quesita circa felicitatem omnia existere dicto. Hiis quidem enim virtus, hiis autem prudentia, hiis autem sapientia quedam esse videtur, hiis autem hec vel horum aliquid cum voluptate vel non sine voluptate. Alii autem et eam que exterius habundantiam comprehendunt. Horum autem hec quidem multi et veteres dicunt, hec autem pauci et gloriosi viri. Neutros autem horum racionabile in universis peccare, sed unum aliquid vel plura dirigere. Dicentibus quidem igitur omnem virtutem vel virtutem quandam concors sermo. Huius enim est secundum ipsam operatio. Differt autem forte non parum in possessione vel usu optimum existimare, et in habitu vel operatione. Habitum quidem enim contingit nullum bonum perficere existentem, ut puta dormienti et aliter qualiter ocioso operationem autem non possibile est. Operabitur enim ex necessitate et bene operabitur. Quemadmodum autem in olimpiadibus non optimi et fortissimi coronantur, sed agonizantes (horum enim quidam vincunt), ita et eorum qui in vita bonorum et optimorum operantes recte illustres fiunt. Est autem et vita ipsorum secundum se ipsam delectabilis. Delectari quidem enim animalium. Unicuique autem delectabile ad quod dicitur amativus talium, ut puta equus quidem amanti equum, spectaculum autem amanti spectaculum. Eodem autem modo et iusta amanti iusticiam, et omnino que secundum virtutem amanti virtutem. Multis quidem igitur delectabilia adversantur ad invicem

[illegible]

[illegible] tractatus primi libri

quoniam non talia sunt. amantibus autem bonum sunt delectabilia que natura delectabilia. talia autem que secundum virtutem operationes. quare et hiis sunt delectabiles et secundum seipsas. Nichil autem indiget voluptate vita eorum quasi adiuncto aliquo. sed habet voluptatem in seipsa. Cum dictis enim nullus est bonus qui non gaudet bonis operationibus. neque enim iustum aliquis dixerit non gaudentem iuste operari. neque liberalem non gaudentem liberalibus operationibus. Similiter autem et in aliis. Si autem sic. secundum seipsas utique erunt secundum virtutem operationes delectabiles. quin immo et pulchre et bone et maxime horum unumquodque si bene iudicat de hiis studiosus. iudicat autem ut diximus. Optimum ergo et pulcherrimum et delectabilissimum felicitas. et non divisa sunt hec secundum delyacam superscriptionem. Optimum iustissimum, desideratissimum autem sanum esse. delectabilissimum vero quo quis amat frui. omnia enim existunt hec optimis operationibus. has autem vel unam harum optimam dicimus esse felicitatem.

Videtur tamen et exteriorum bonorum indigens quemadmodum diximus. impossibile enim vel non facile bona operari impotentem tribute existentem. Multa quidem enim operata sunt quemadmodum diximus per organa per amicos per divitias et civilem potentiam. Quibusdam autem denudati coinquinant beatitudinem. ut puta nobilitate bona prole pulchritudine. Non omnino enim felix qui specie turpissimus vel ignobilis vel solitarius et sine prole. Adhuc autem forte minus si cui pessimi filii sunt vel amici vel boni existentes vel mortui. Quemadmodum ergo diximus videtur indigere et tali prosperitate. Unde in idem ordinant quidam bonam fortunam felicitati. quidam autem virtutem. Unde et queritur utrum est discibile vel assuescibile vel aliter qualiter exercitabile. vel secundum quandam divinam partem vel et propter fortunam advenit. Siquidem igitur et aliquid deorum est donum hominibus. rationabile et felicitatem dei datum esse. et maxime humanorum quanto optimum. Sed hoc quidem forte alterius erit utique perscrutationis. Manifestum autem et si non a deo missum sed propter virtutem et quandam disciplinam vel exercitationem advenit divinissimorum esse. Bravium enim virtutis et finis optimum videtur et divinum quid et beatum. Erit autem utique et multum commune. possibile enim existere omnibus non orbatis ad virtutem per quandam disciplinam et studium. Si autem est ita melius quam propter fortunam beari rationabile habere. sic siquidem que secundum naturam ut possunt optime habere sic nata sunt. Similiter autem et que secundum artem et omnem causam et maxime secundum optimam. maximum autem et optimum concedere fortune valde permutatum utique erit. Manifestum autem est et ex ratione quod queritur. Dictum est enim anime operatio secundum virtutem qualis quedam. reliquorum autem bonorum hec quidem existere necessarium. hec autem cooperativa et utilia nata sunt organice. Confessa autem hec utique erunt et hiis que a principio. politice enim finem optimum posuimus. Hec autem plurimum studium facit quales quosdam et bonos cives facere et operativos bonorum. Decenter igitur neque bovem neque equum neque aliud animalium aliquod felix esse dicimus. nullum enim ipsorum possibile communicare tali operatione. Propter hanc autem causam neque puer felix est. nondum enim operator talium propter etatem. Dicti autem propter spem beatificantur. Indiget enim quemadmodum diximus et virtute perfecta et vita perfecta. Multe autem transmutationes fiunt vite et omnimode fortune. Et contingit maxime habundantem magnis calamitatibus incidere in senectute quemadmodum in heroicis de priamo narratur. Talibus autem usum fortunis et finientem miserabiliter nullus felicitat. Utrum igitur nullum alium hominum beatificandum. usquequo utique vivit. secundum solonem autem decet finem in-

[illegible]

[illegible]

spicere. Si autem utique et ponendum ita et est felix tunc cum utique moritur, vel hoc omnino inconveniens aliquid et dicentibus nobis operationem quandam felicitatem? Si autem non dicimus mortuum felicem, neque Solon hoc vult, sed quoniam tunc utique quis firmiter beatificabit hominem ut iam extra mala existentem et infortunia. Habet quidem et hoc quandam ambiguitatem. Videtur enim esse mortuo et malum et bonum, siquidem viventi non sentienti autem, puta honores et inhonorationes et filiorum et omnino nepotum prosperitates et infortunia. Inducunt autem et hec dubitationem. Ei enim qui beate vixit usque ad senectutem et mortuus est secundum rationem, contingit multas transmutationes fieri circa filios, et hos quidem ipsorum bonos esse et potiri vita qua est digna, hos autem e contrario. Manifestum autem quoniam distancionibus ad parentes omnimodas utique ipsos contingit. Inconveniens autem fiet utique si simul transmutetur et mortuus et fiet aliquando quidem felix, rursus autem miser. Inconveniens autem et nihil neque in aliquod tempore supervenire que sunt filiorum parentibus. Sed revertendum ad prius quesitum, forsitan enim utique inspicietur et quod nunc quesitum ex illo. Si enim utique finem videre oportet et tunc beatificare unumquemque non ut existentem beatum sed quoniam prius erat, qualiter non inconveniens si quando felix non vere dicetur de eo existente propter non velle viventes felicitare propter transmutationes et propter permanens quid felicitatem existimare et nequaquam facile transmutabile, fortunas autem multotiens revolvi circa eosdem? Manifestum enim quoniam si sequatur fortunas, eundem felicem et rursum miserum dicemus multotiens, camaleonta quendam felicem nunciantes et debiliter firmatum. Vel fortunas quidem sequi nequaquam rectum. Non enim in hiis bene vel male, sed indiget humana vita hiis quemadmodum diximus. Domine autem sunt que secundum virtutem operationes felicitatis, contrarie autem contrarii. Testatur autem sermoni et nunc quesitum. Circa nullum enim sic existit humanorum operum constantia ut circa operationes que secundum virtutem. Permansiviores enim et disciplinis hee videntur esse, earundem autem honorabilissime permansiviores propter maxime et continue vivere in ipsis beatos. Hec enim utique causa est ut non fiat circa ipsos oblivio. Existet autem utique quod quesitum est felici et erit per vitam talis. Semper enim vel maxime omnium operabitur et speculabitur que secundum virtutem, et fortunas feret optime et utique omnino prudenter qui ut vere est bonus et tetragonus sine vituperio. Multis autem factis secundum fortunam et differentibus magnitudine et parvitate, parva quidem prosperitatum similiter autem et oppositorum manifestum quod non faciunt inclinationem vite, magna autem et multa facta quidem bene beatiorem vitam faciunt. Etenim hec decorare nata sunt et usus eorum bonus et studiosus fit. Conversa autem accidentia coartant et contristant beatum. Tristicias enim inferunt et impediunt multis operationibus. Veruntamen et in hiis refulget bonum, quando utique ferat facile multa et magna infortunia non propter indolentiam insensibilitatis sed generosus existens et magnanimus. Si autem sunt operationes domine vite quemadmodum diximus, nullus utique beatorum fiet miser. Numquam enim aliquando operabitur odibilia et mala. Verum enim vere bonum et sapientem omnes existimamus fortunas decenter ferre et ex existentibus semper optima operari, quemadmodum et ducem bonum presente exercitu uti maxime bellicose, et coriarium ex datis coriis optimum calciamentum facere, eodem autem modo et alios artifices omnes. Si autem ita, miser quidem nequaquam

[illegible]

[illegible]

quoque fiet utique felix. Sed neque utique beatus priamicis fortunis inciderit. Neque utique et facile
transmutabilis, neque enim ex felicitate movebitur facile, neque a contingentibus infortuniis,
sed a magnis et multis. Et ex talibus non utique fiet felix rursus in parvo tempore,
sed siquidem in multo et perfecto magnorum et bonorum in ipso factus habundans. Quid igitur
prohibet dicere felicem secundum virtutem perfectam operantem et exterioribus bonis sufficienter
dotatum, non contingentem tempore sed perfecta vita? Vel apponendum et victurum
sic et finiturum secundum rationem, quia futurum immanifestum nobis. Felicitatem autem finem
et perfectum ponimus omnino omnimode. Si autem ita, beatos dicemus
viventium quibus existunt et existent que dicta sunt, beatos autem ut homines.
Et quidem igitur de hiis intantum determinatum sit.

Prenepotum autem fortunas et amicorum omnium nequaquam quidem conferre
valde inamicabile videtur et opinionibus contrarium. Multis autem et omnimodas
habentibus differentias accidentibus, hiis autem magis, hiis autem minus convenientibus, secundum unumquodque quidem dividere
longum et infinitum videtur. Universaliter autem dictum et typo forsitan utique
sufficienter habebit. Si utique quemadmodum et circa ipsum infortuniorum hec quidem
habent aliquod pondus et auxilium ad vitam, hec autem leviora videntur, et ita que cir-
ca amicos similiter omnes. Differre autem passionum unamquamque circa viven-
tes vel mortuos contingit multo magis quam iniusta et mala preexistere in tra-
gediis vel fieri. Sillogizandum utique et hanc differentiam. Magis autem forsitan dubitare
circa eos qui defecerunt si aliquo bono communicant vel oppositis. Vide-
tur enim ex hiis et si pertingit ad ipsos quodcumque sive bonum sive contrarium,
fragile quoddam et parvum vel simpliciter vel illis esse; si autem non, tantum et tale ut neque faciat feli-
ces eos qui non sunt, neque hiis qui sunt auferat beatitudinem. Conferre quidem igitur aliquid
videntur hiis qui defecerunt bene operationes amicorum, similiter autem et male, talia et tanta
ut neque felices faciant neque aliud talium aliquid. potentie

Determinatis autem hiis scrutemur de felicitate utrum laudabilium est vel magis
honorabilium. Manifestum enim quoniam potentiarum non est. Videtur autem omne laudabile in quale
quid esse et ad aliquid qualiter habere laudari. Iustum enim et virilem et universaliter bonum et virtutem lau-
damus propter opera et actus, et fortem et cursivum et aliorum unumquemque in qualem quoddam na-
tum esse et habere ad bonum et studiosum. Manifestum autem hoc et ex hiis que circa deos
sunt laudibus; derisibiles enim videntur ad nos relati. Hoc autem contingit quia
sunt laudes per relationem ut diximus. Si autem est laus talium, manifestum quoniam optimorum
non est laus, sed maius aliquid et melius, quemadmodum videtur. Deos enim beatificamus et virorum di-
vinissimos beatificamus, similiter autem et bonorum. Nullus enim felicitatem laudat quemadmodum
iustum, sed ut divinius aliquid et melius beatificat. Videtur autem et Eudoxus bene ... in non lau-
dari enim bonorum existentem innuere existimat quoniam melius est laudabilibus, ta-
lem autem esse deum et ipsum bonum; ad hec enim et alia referri. Laus quidem enim virtutis; operativi
enim bonorum ab hac. Laudes autem operum similiter autem et corporalium et animalium. Sed
hec quidem forte magis proprium certificare hiis qui circa laudes insudaverunt.
Nobis autem manifestum ex hiis que dicta sunt quoniam est felicitas honorabilium et per-
fectorum. Videtur autem ita habere et propter esse principium; huius enim gratia reliqua omnia omnes o

[illegible]

felicitas est operatio anime secundum virtutem perfectam in vita perfecta. Et actum est finitum sic.

1.

¶ Deinde cum dicit incontinentis enim etc. probat propositum et primo quod sit quedam alia pars anime rationalis. Ideo quod precipit rationi i. [illegible] ... quod probat [illegible] suppositione ex parte continentis et incontinentis in quibus laudamus partem anime que habet rationem eo quod recte deliberat et adoptat ... [illegible] ab illicitis voluptatibus ... [illegible] rationi ... obviat ei ... impedit ipsum in executione sue electionis ... [illegible] ... appetitus sensitivus qui appetit id quod est delectabile ... [illegible] ... bonum ... [illegible] ... a ratione. Manifestum est quod concupiscentias pravas ... [illegible] ... et sic ... [illegible] ... et in corporibus que moventur in parte sinistram ... qui homo eligit moveri in dextram ... [illegible] ... quod non ... [illegible] ... in corporibus ... [illegible] ... ad contrariam movent ... [illegible] ... in homine ... et obviat rationi ... sit aliud a ratione ... [illegible] ... ad propositum.

2. ¶ Deinde cum dicit rationem autem etc. ... [illegible] ... racione precipit ... [illegible] ... agunt ... [illegible] ... ratione suadet etc. ... [illegible] ... rationi ... [illegible] ... equaliter participare rationem ... [illegible] ... appetitus sensitivus obedit rationi ... concupiscentias pravas ... [illegible] ... rationem ... [illegible] ... appetitum sensitivum ... rationem ... [illegible] ... continentis ... [illegible] ... moris ... [illegible] ...

¶ Deinde cum dicit ... [illegible] ... etc. concludit ... [illegible] ... [illegible] ... voluptas ... [illegible] ... rationem ... obedit ... concupiscentias ... appetitus ... [illegible] ... rationem ... [illegible] ... in loco patris imperantis et amicorum amonentis et non ... [illegible] ... per ... anime rationalis in illo precipit.

¶ Deinde cum dicit ... ratione suadet etc. ... [illegible] ... precipit ... [illegible] ... agunt ... [illegible] ... et est ab amicis et increpatio ... [illegible] ... anime rationalis precipit ... [illegible] ... moralibus passionibus appetitus ... [illegible] ... moralibus ... [illegible] ... anime sensitive ... [illegible] ... in ratione ut dicitur in 3o de anima.

3. ¶ Deinde cum dicit ... [illegible] ... etc. ... [illegible] ... rationem ... precipit ... equaliter ... [illegible] ... obedire ... [illegible] ... sicut ... [illegible] ... anime rationalis ... rationis ... intellectus ... [illegible] ... precipere ... [illegible]

3. ¶ Deinde cum dicit Dividitur autem virtus etc. ... [illegible] ... dicitur virtutem peccatum ... [illegible] ... dicit quod ... [illegible] ... [illegible] ... virtus humana sit ... [illegible] ... rationis ... [illegible] ... duplex ... [illegible] ... participatione ... humana ... [illegible] ... sit in eo quod est rationalis per se ipsum et vocatur intellectualis ... in eo quod est rationale per participationem i. in appetitu ... et hec vocatur moralis et ideo dicit quod virtutum quasdam dicimus intellectuales quasdam vero morales ... intellectus et prudentia dicuntur esse intellectuales virtutes sed liberalitas et sobrietas morales et hoc probat per laudes humanas quia cum volumus aliquem de moribus suis laudare non dicimus quod sit sapiens et intelligens sed quod sit sobrius et mitis ... laudamus aliquem de moribus ... laudamus aliquem ... [illegible] ... Sunt aliqui intellectuales sicut sapientia et intellectus et alia [illegible] ... primi libri.

Nota quod ex toto isto libro ... [illegible] ... felicitatis humana ... [illegible] ... felicitas humana ... [illegible] ... felicitatis ... [illegible] ... felicitatis est operatio anime ... [illegible] ... perfectam ... [illegible] ... 3 ... [illegible] ... felicitatis ... [illegible] ... 4 ... felicitatis ... [illegible] ... intrinsece ... [illegible]

... [illegible] ... mortuis ... [illegible] ... mortuus ... [illegible] ... mortuis ... [illegible]

... [illegible] ... magnitudinis virtutis

quaestio [illegible] ... explicit [illegible] aliquem [illegible] aliquid

·h· ¶ Deinde cum dicit: Videtur autem omne laudabile etc. declarat quoniam moralis ... felicitas est bonorum honorabilium ex hoc quod est quoddam perfectum et optimum. In ea parte ... habet
tantum principium. Videtur autem in bonis etc. circa primum duo facit ... sic laus ... ostendit quod optimorum non est laus sed aliquid melius. circa primum duo facit ... post
et intendit. Secundo ... i. iustum n. et cetera dicit ... quod omne quod laudatur ... laudatur ex duobus ... et ex hoc habet aliquale ... ad aliquid aliud.
·i· ¶ Deinde cum dicit: iustum n. et uirilem etc. manifestat ... et primo ex laudibus humanis. Secundo ex laudibus diuinis. i. manifestum est autem hoc et ex diis etc. circa primum
... est quod homo laudatur propter uirtutem animae et propter uirtutem corporis. Secundum uirtutem animae laudatur et ipse homo habens uirtutem animae, puta iustus et uirilis et dicitur bonus
... uirtutem ... et quod laudatur ipsa uirtus et hoc propter aliquid aliud ... propter opera et actus. Ex hoc n. laudatur uirtuosus et ipsa uirtus quia ordinatur
ad ... opus uirtutis. Secundum uero uirtutem corporis laudatur aliquis quia est fortis ad pugnandum et agilis ad currendum et de aliis similibus ... homo aliquis ordinatur
ad aliquid et est bonum in se et studiosum ... studio dignum. et est autem ... uirtutis ... et corporis ... ad laudem uirtutis animae sufficit quod aliquis bene se habeat
... ad bonum se habeat ad ... puta ad currendum uel
ad ... actum ... uirtutis ... hominis ... in actu uirtutis ... et ideo loquens de laude uirtutis animae dicit
ad ... bonum hominis. ... n. ad currendum uel luctare uel pugnare et propter bonum et propter malum. et ideo loquens de laude uirtutis animae dicit
quod laudatur propter opera et actus. sed loquens de uirtute corporis ... declarauit quod laudatur in ordine ad aliquid bonum et studiosum.
·k· ¶ Deinde cum dicit: manifestum est autem hoc etc. ostendit quod dictum est per laudes diuinas ... ad laudes ... et non ... ad aliquid aliud referet quod de
... laudes ... apparet si quis ... laudes quibus laudantur ... separatis ... Si quis n. laudes eorum referret ad
... laudes ... apparet si quis laudaret deum de hoc quod non uincatur a concupiscentia seu timore et ideo ...
eam quam in hominibus laudantur deridiculum uidetur ... si quis laudaret deum de hoc quod non uincatur a concupiscentia seu timore et ideo ...
·l· quod laudes sunt propter relationem ad aliquid ut dictum est. ¶ Deinde cum dicit: Si autem est laus etc. ex praemissis concludit propositum et primo ponit conclusionem in hunc
modum laus est eorum quae bona ... in ordine ad aliquid aliud. sed optimum non ordinatur ad aliquid aliud. ... ordinantur in ipsum. ergo optimorum non
est laus sed aliquid melius ... aliquid ... melius ... non est ... ad ... aliud ... melius ... conueniunt propter principium
et similiter laus eorum quae bona est propter aliud. honor autem est quod aliquid melius laude eorum ad quod omnia ordinantur ... quemadmodum uidemus etc.
... praemissa ... ad eam quae est aliquid melius laude ... ad eam quae est laus i. Laus ... etc. circa primum duo
facit ... ad propositum ... uidetur fuisse eudoxo. i. Videtur autem et eudoxus etc. dicit ... optimorum ... ad
laude ... omnibus ... deus ... aliquid melius laude attribuentes ... bonos et felices ... optimos uirorum ...
apparet quod diuina ... attribuimus ad melius laude ... et operis de numero bonorum sicut felicitas
... n. laudat ... laudat hominem iustum uel uirtuosum ... attribuit ... aliquid maius dum dicimus eam esse ...
·m· ¶ Deinde cum dicit: Videtur autem et eudoxus etc. inducit ad idem dictum eudoxi qui in uoluptate constituebat primitas bonorum ... uoluptatem
esse summum bonum. et hoc demonstrari existimat ... de numero bonorum ... n. ... laudatur propter uoluptatem ... est aliquid melius
laudibus et tale est deus et quicquid aliud est per se bonum ... ad haec quae sunt per se bona et alia referuntur. ... bonitas laudatur in hoc
... aliquale habent ad ea quae sunt per se bona.
·n· ¶ Deinde cum dicit: Laus quidem n. etc. ostendit quod dictum est ... ad ea quae est laus ... et dicit quod laus est uirtutis propter ... sunt
operatores bonorum. Laudantur n. aliqui propter actus corporis uel animae ut supradictum est. Sed considerare ea de quibus conueniunt
homines laudari magis pertinet ad rethores quorum studium fuit circa laudes. Dicens n. hoc ad demonstratiuum genus
causae quod est unum de tribus quae tradunt ... rethoricae ut patet per philosophum in ... rethoricae et per tullium in rethorica sua ...
... ad nos manifeste apparet ex praedictis quod felicitas est de numero honorabilium ... quoddam bonum perfectum.
·o· ¶ Deinde cum dicit: Videtur autem ... etc. probat propositum ... principium ... enim quod est principium et causa bonorum ... honorabile
... quoddam diuinum ... Nam deus est primum principium omnis boni ... felicitas est principium omnium bonorum humanorum
quia gratia ipsius omnes homines operantur omnia quae agunt. Finis autem in operabilibus ... in appetibilibus
habet rationem principii quia ex fine sumitur ratio eorum quae sunt ad finem. Vnde sequitur ... quod felicitas
sit quoddam bonum honorabile.

[illegible]

...perficitur. Principium enim hoc; et causam bonorum honorabile quid et divinum ponimus.

Quoniam autem est felicitas operatio quaedam anime secundum virtutem perfectam, de virtute erit intendendum. Forte enim utique sic melius et de felicitate contemplabimur. Videtur autem et secundum veritatem civilis circa hanc maxime insudare. Vult enim cives bonos facere et legum obauditores. Exemplum autem horum habemus Cretensium et Lacedemoniorum legislatores, et si qui alii tales facti sunt. Si autem politice est perscrutatio haec, manifestum quoniam fiet utique quaestio secundum eam quae a principio electionem. De virtute autem perscrutandum humana manifestum. Etenim bonum humanum quaerebamus et felicitatem humanam. Virtutem autem dicimus humanam non eam quae corporis sed eam quae animae. Et felicitatem animae operationem dicimus. Si autem haec ita habent, manifestum quoniam politicum oportet scire aliqualiter quae circa animam, quemadmodum et eum qui oculos curat et omne corpus, et magis quanto honorabilior et melior politica medicinali. Contemplandum autem politico gratia horum, et in quantum sufficienter habet ad quaesita. In plus enim certificare operosius forte est propositis. Dicuntur autem de hac et in exterioribus sermonibus sufficienter quaedam, et utendum ipsis. Puta hoc quidem irrationabile quod ipsius esse, hoc autem rationem habens. Haec autem utrum determinata sunt quemadmodum corporis particulae et omne divisibile, vel ratione duo sunt inseparabilia apta nata quemadmodum in periferia curvum et concavum, nichil differt ad praesens. Irrationalis autem hoc quidem assimulatur communi et plantativo. Dico autem causam eius quod est nutriri et augeri. Talem enim virtutem animae in omnibus quae nutriuntur ponet aliquis utique, et in embrionibus, eandem utique hanc et in perfectis. Rationabilius enim quam aliquam aliam. Huius quidem igitur communis quaedam virtus, et non humana apparet. Videtur enim in sompnis operari maxime particula haec et potentia haec. Bonus autem et malus minime manifesti secundum sompnum. Unde dicunt nichil differre secundum dimidium vitae felices a miseris. Contingit autem hoc decenter. Quies enim est sompnus animae secundum quod dicitur studiosa et prava, nisi utique si quo paulatim pertranseunt quidam motuum. Et ita meliora fiunt phantasmata studiosorum quam quorumlibet. Sed de hiis quidem sufficienter. Et nutritivum igitur relinquendum, quoniam humanae virtutis expers innatum est. Videtur utique et alia quaedam natura animae irrationalis esse, participans quidem aliqualiter ratione. Continentis enim et incontinentis rationem laudamus. Recte enim et ad optima deprecatur ratio. Videtur autem in ipsis et aliud praeter rationem innatum quod adversatur et obviat rationi. Firmiter enim quemadmodum dissoluta corporis particulae in dextram praeeligentium moveri in sinistram praeter feruntur, et in anima sic. Ad contraria enim motus incontinentium. Sed in corporibus quidem videmus quod praefertur motum, in anima autem non videmus. Forte autem nichilominus et in anima existimandum esse aliquid praeter rationem, contrarians huic et obvians. Qualiter autem alio nichil differt. Ratione autem et hoc videtur participare, quemadmodum diximus. Obedit igitur rationi quod continentis. Amplius autem forsitan obedibilius quod sobrii et fortis. Omnia enim consonant rationi. Videtur utique et irrationabile duplex. Plantativum enim nequaquam communicat ratione. Concupiscibile autem et universaliter appetibile participat aliqualiter, secundum quod exaudibile est ei et obaudibile. Ita utique et patris et amicorum dicimus habere rationem, et non quemadmodum mathematicorum. Quoniam autem suadetur aliqualiter a ratione irrationabile insinuat et increpatio et omnis increpatio et deprecatio. Si autem oportet et hoc dicere rationem habere, duplex erit et rationem habens, hoc quidem principaliter et in seipso, hoc autem quemadmodum a patre ~~audibile~~ audibile aliquid.

Determinatur autem virtus secundum differentiam hanc. Dicimus enim harum has quidem intellectuales, has autem morales. Sapientiam quidem et intel...

Sed et medicorum excellentes multa operantur circa corporis cognitionem.

[illegible]

[illegible]

lari et prudentiam intellectuales, liberalitatem autem et sobrietatem morales. Dicentes enim de moribus, non dicimus quoniam sapiens et intelligens, sed quoniam mitis vel sobrius. Laudamus autem et sapientem secundum habitum. Habituum autem laudabiles virtutes dicimus.

Duplici autem virtute existente, hac quidem intellectuali, hac autem morali, ea quidem que intellectualis plurimum ex doctrina habet et generationem et augmentum; ideo experimento indiget et tempore. Moralis vero ex more fit, unde et nomen habuit parum declinans a more. Ex quo et manifestum quoniam neque una moralium virtutum natura nobis infit. Nullum enim natura existentium aliter assuescit, puta lapis natura deorsum latus non utique assuescet sursum ferri, neque si decies milies assuescat quis eum sursum iaciens, neque ignis deorsum, neque aliud quid eorum que aliter innata sunt aliter utique assuescet. Neque igitur natura neque preter naturam fiunt virtutes, sed innatis quidem nobis suscipere eas, perfectis autem per assuetudinem. Adhuc quecumque quidem natura nobis adveniunt, potentias (autem) eorum prius ferimus, postmodum autem operationes reddimus, quod in sensibus manifestum. Non enim ex multociens audire sensus accepimus, sed eos habentes usi sumus, non utentes habuimus. Virtutes autem accepimus operantes prius, sicut et in aliis artibus. Que enim oportet facere discentes, hec facientes discimus, puta edificantes edificatores fiunt et citharizantes cithariste. Sic autem et iusta quidem operantes iusti efficimur, temperata temperati, fortia vero fortes. Testatur autem quod fit in civitatibus: legislatores enim cives assuefacientes faciunt bonos, et voluntas quidem omnis legislatoris hec est. Quicumque vero non bene hoc faciunt, peccant, et differt hoc civilitas a civilitate bona mala. Adhuc ex eisdem et per eadem et fit omnis virtus et corrumpitur. Similiter autem et ars. Ex citharizare enim et boni et mali fiunt cithariste. Proportionaliter autem et edificatores et reliqui omnes. Ex bene quidem enim edificare boni edificatores, ex male autem mali. Si enim non sic haberet, nichil utique oporteret esse docentem, sed omnes fierent vel boni vel mali. Sic utique et in virtutibus habet. Operantes enim que in commutationibus que sunt ad homines efficimur hii quidem iusti, hii autem iniusti; operantes autem que in periculis, et assueti timere vel confidere, hii quidem fortes, hii autem timidi. Similiter autem et que circa concupiscentias habent et iras: hii quidem enim temperati et mites fiunt, hii autem intemperati et iracundi, hii quidem ex sic in eis conversari, hii autem ex sic. Et omnino utique in uno sermone ex similibus operationibus habitus fiunt. Propter quod oportet operationes quales reddere; secundum harum enim differentias sequuntur habitus. Non parum igitur differt ex iuvene consuefieri (assuefieri) sic vel sic, sed multum, magis autem omne. Quoniam igitur presens negotium non contemplationis gratia est quemadmodum alia — non enim ut sciamus quid est virtus scrutamur, sed ut boni efficiamur, quia nullum utique esset proficuum eius — necessarium est scrutari ea que circa operationes, qualiter operandum est eas. Hee enim sunt domine et huiusmodi quales fieri habitus, quemadmodum diximus. Secundum rectam quidem igitur operari rationem commune et supponatur. Dicetur autem posterius et de hoc, et quid est recta ratio, et qualiter habeat ad alias virtutes. Illud autem preconfessum sit, quoniam omnis qui de operabilibus est sermo typo et non secundum certitudinem debet dici, quemadmodum in principio diximus, quoniam sermones secundum materiam sunt expetendi. Que autem in operationibus et que conferentia nichil stans habent, quemadmodum neque sana. Tali autem existente universali sermone, adhuc magis qui de singularibus est sermo non habet certitudinem; neque enim sub arte neque sub enarratione aliqua cadit. Oportet autem ipsos operantes ea que ad tempus intendere, quemadmodum et in medicinali et gubernativa. Sed quamvis existente tali presenti sermone temptandum au-

[illegible]

[illegible]

ciliari. Considerandum igitur hoc quoniam talia innata sunt ab indigentia et superabundantia
corrumpi. Oportet enim de immanifestis manifestis signis et testimoniis uti. Quemadmodum
in fortitudine et sanitate videmus. Superabundantia enim gymnasia et deficientia corrumpit for-
titudinem. Similiter autem et potus et cibus amplius et minus factus corrumpit sanitatem. Commensura-
ta autem et faciunt et augent et salvant. Ita igitur et in temperantia et fortitudine habet et in a-
liis virtutibus. Omnia enim fugiens et timens et nihil sustinens timidus efficitur. Et qui nihil omnino
timet sed ad omnia vadit audax. Similiter autem et qui quidem omni voluptate potitur et a nul-
la recedit intemperatus. Qui autem omnes fugit quemadmodum agrestes insensibilis quidam. Corrumpitur enim
temperantia et fortitudo a superabundantia et defectu, a medietate autem salvatur. Sed non solum genera-
tiones et augmentationes et corruptiones ex eisdem et ab eisdem fiunt, et operationes in eisdem erunt.
Etenim in aliis manifestioribus ita habet, puta in fortitudine. Fit enim ex multum sumere et
multos labores sustinere, et maxime potest hec facere fortis. Ita autem et in virtutibus. Ex rece-
dere enim a voluptatibus efficimur temperati, et facti maxime possumus recedere ab ipsis. Similiter
autem et in fortitudine. Assueti enim contempnere terribilia et sustinere ipsa efficimur fortes,
et facti maxime poterimus sustinere terribilia. Signum autem oportet facere habituum supervenien-
tem voluptatem vel tristiciam operibus. Qui quidem enim recedit a corporalibus voluptatibus et hoc ipso
gaudet temperatus, qui autem tristatur intemperatus. Et qui quidem sustinet pericula et
gaudet vel non tristatur fortis. ~~Qui autem tristatur fortis~~ qui autem tristatur timidus. Circa voluptates
enim et tristicias est moralis virtus. Propter voluptatem quidem enim mala operamur, propter tristiciam autem a bonis
recedimus. Propter quod oportet duci aliqualiter confestim ex iuvenibus, ut Plato ait, quare et gaudere
et tristari in quibus oportet. Recta enim disciplina hec est. Adhuc autem si virtutes sunt circa actus et pas-
siones, omni autem passioni et omni actui sequitur delectatio et tristicia, et propter hoc utique erit
virtus circa delectationes et tristicias. Demonstrant autem et pene facte per hec. Medicine enim
quedam sunt. Medicine autem per contraria innate sunt fieri. Adhuc sicut prius diximus omnis anime
habitus a quibus innatus est fieri deterior et melior, ad hec et circa hec naturam habet. Propter voluptates
et tristicias pravi fiunt in prosequendo has et fugiendo, vel quas non oportet, vel quando non oportet, ~~vel quando non oportet~~
vel ut non oportet, vel quotiens aliter a ratione determinatur. Ideo et determinant virtutes impassibilitates
quasdam et quietes, sed non bene, quoniam simpliciter dicunt, sed non ut oportet, et quando non oportet, et quecumque alia
apponuntur. Supponitur ergo virtus esse talis circa voluptates et tristicias optimorum operativa, malicia
autem contrarium. Fiet autem utique nobis et ex hiis manifestum adhuc de eisdem. Tribus enim existen-
tibus que circa electionem et tribus que in fugam, bono conferente delectabili, et tribus contrariis ma-
lo nocivo tristi, circa hec quidem omnia bonus directivus est, malus autem peccans, maxime autem
circa delectationem. Communis enim hec animalibus et omnibus que sub electione assequitur. Et-
enim bonum et conferens delectabile videtur. Adhuc autem ex pueritia omnibus nobis connutritur. Propter quod dif-
ficile confricare hanc passionem coloratam vite. Regulamus autem et operationes hii quidem
magis hii autem minus delectatione et tristicia. Propter hoc igitur necessarium esse circa hec omne ne-
gocium. Non enim parum in operationes bene vel male gaudere et tristari. Adhuc autem difficilius
voluptati pugnare quam ire, quemadmodum ait Eraclitus. Circa difficilius autem semper et ars fit et virtus.
Etenim bene melius in hoc. Quare et propter hoc circa delectationes et tristicias omne negocium
virtutis et politice. Qui quidem enim bene hiis passionibus utitur bonus erit, qui autem male ma-
lus. Quoniam quidem igitur est virtus circa delectationes et tristicias, et quoniam ex quibus fit ab hiis et au-

Supponitur

[illegible]

[illegible]

gere et corrumpit [illegible] et quando ex quibus fit circa hec et operatur dictum sit.

Dubitabit autem utique aliquis qualiter dicimus quoniam oportet quidem iusta operantes iustos fieri, temperata autem temperatos. Si enim operantur iusta et temperata, iam sunt iusti et temperati, quemadmodum si grammatica et musica, grammatici et musici. Vel neque in artibus ita habet. Contingit enim grammaticum quid facere et a casu et alio supposito. Tunc ergo erit grammaticus si grammaticum quid faciat et grammatice. Hoc autem est secundum eam que in ipso grammaticam. Adhuc neque simile est in artibus et virtutibus. Que quidem ab artibus fiunt bene habent in se ipsis; sufficit igitur hec qualiter habentia fieri. Que autem secundum virtutes fiunt, neque si hec qualiter habeant, iuste vel temperate operatur, sed et si operans qualiter habens operetur: primum quidem si sciens, deinde si eligens et eligens propter ipsa, tertium autem et si firme et immobiliter habeat operetur. Hec autem ad alias quidem artes habere non connumerantur preter ipsum scire. Ad virtutes autem scire quidem parum aut nichil potest. Alia autem non parum sed omnia possunt, que ex multociens operari iusta et temperata adveniunt. Res quidem igitur iuste et temperate dicuntur quando fuerint tales quales utique iustus et temperatus operabitur. Iustus autem et temperatus est non qui hec operatur, sed et qui sic operatur ut iusti et temperati operantur. Bene igitur dicitur quoniam ex iusta operari iustus, et ex temperata temperatus. Ex non operari autem hec nullus utique curabit fieri bonus. Sed multi hec quidem non operantur, ad rationem autem confugientes existimant philosophari et sic fore studiosi, simile aliquid facientes laborantibus qui medicos audiunt quidem studiose, faciunt autem nichil eorum que precepta sunt. Quemadmodum igitur neque illi bene habebunt corpus ita curati, neque isti animam ita philosophantes.

Post hec autem quid est virtus scrutandum. Quoniam igitur que in anima fiunt tria sunt, passiones, potentie, habitus, horum aliquid utique erit virtus. Dico autem passiones quidem concupiscentiam, iram, timorem, audaciam, invidiam, gaudium, amicitiam, odium, desiderium, zelum, misericordiam, et universaliter quibus sequitur delectatio vel tristicia. Potentias autem secundum quas possibiles horum dicimus, puta secundum quas potentes irasci vel tristari vel misereri. Habitus autem secundum quos ad passiones habemus bene vel male, puta ad irasci, si quidem vehementer vel remisse, male habemus; si autem medie, bene. Similiter autem et ad alias. Passiones quidem igitur non sunt neque virtutes neque malicie, quoniam neque dicimur secundum passiones studiosi vel pravi, secundum virtutes autem vel malicias dicimur. Et quoniam secundum passiones quidem neque laudamur neque vituperamur (non enim laudatur qui timet neque qui irascitur, neque vituperatur qui simpliciter irascitur, sed qui qualiter), secundum virtutes autem vel malicias laudamur vel vituperamur. Adhuc irascimur quidem et timemus non sponte, virtutes autem electiones quedam vel non sine electione. Adhuc autem secundum passiones quidem moveri dicimur, secundum virtutes autem et malicias non moveri sed disponi qualiter. Propter hec autem neque potentie sunt; neque enim boni dicimur per posse pati simpliciter neque mali, neque laudamur neque vituperamur. Et adhuc potentes sumus natura, boni autem vel mali non fimus natura. Diximus autem de hoc prius. Si igitur neque passiones sunt virtutes neque potentie, relinquitur habitus eas esse. Quid quidem igitur est genere virtus dictum est.

Oportet autem non solum sic dicere quoniam habitus, sed et qualis quidam. Dicendum igitur quoniam omnis virtus cuius utique fuerit virtus et id bene habens perficit et opus eius bene reddit, puta oculi virtus et oculum studiosum facit et opus eius; oculi enim virtute bene videmus. Similiter et equi virtus equum studiosum facit et bonum ad currendum et ferendum ascensorem et expectandum bellatores. Si utique in omnibus ita habet, et hominis virtus erit

[illegible]

[illegible]

utique habitus ex quo bonus homo fit et a quo bene suum opus reddit. Qualiter autem
hoc erit, iam quidem diximus. Adhuc autem et sic erit manifestum si speculati
fuerimus qualis quedam est natura ipsius. In omni utique continuo et divisibili
est accipere hoc quidem plus, hoc autem minus, hoc autem equale, et hec vel secundum ipsam rem vel ad nos. Equa-
le autem medium quid superabundantie et defectus. Dico utique rei quidem medium quod e-
qualiter distat ab utroque extremorum, quod quidem est idem et unum omnibus. Ad nos autem quod neque super-
habundat neque deficit; hoc autem non unum neque idem omnibus. Puta si x multa, duo autem
pauca, sex media accipiunt secundum rem; equaliter enim excedit et exceditur. Hoc autem medium est
secundum arismeticam proportionem. Quod autem ad nos non ita sumendum. Non enim si alicui x minas come-
dere multum, duas autem paucum, magister sex minas precipiet. Est enim forsitan et hoc mul-
tum sumenti vel paucum. Miloni quidem enim paucum, incipienti autem gymnasiorum multum.
Similiter et in cursu et in palestra. Ita utique omnis sciens superhabundantiam quidem et
defectum fugit, medium autem querit et hoc desiderat. Medium autem non quod rei, sed quod ad
nos. Si utique omnis scientia sic opus bene perficit, ad medium respiciens et in hoc du-
cens opera, unde consueverunt dicere bene habentibus operibus quoniam neque auferre est neque
apponere, ut superhabundantia quidem et defectu corrumpente bene, medietate autem sal-
vante, et boni autem artifices ut dicimus ad hoc respicientes operantur. Virtus autem
omni arte certior et melior est quemadmodum et natura, medii utique erit coniectiva. Dico autem
moralem. Hec enim est circa passiones et operationes. In hiis autem est superhabundantia et de-
fectus et medium. Puta et timere et audere et concupiscere et irasci et mi-
sereri et universaliter delectari et tristari est et magis et minus, et utraque non bene. Quando autem oportet et in
quibus et ad quos et cuius gratia et ut oportet, et medium et optimum, quod est virtutis.
Similiter autem et circa operationes est superhabundantia et defectus et medium. Virtus autem circa pas-
siones et operationes est, in quibus quidem superhabundantia vitiosa est et defectus vituperatur,
medium autem laudatur et dirigitur. Hec autem ambo virtutis. Medietas quedam igitur est virtus, con-
iectativa existens medii. Adhuc peccare quidem multis est. Malum enim infiniti,
ut pytagorici existimaverunt, bonum autem finiti. Dirigere autem uno modo. Ideo et
hoc facile, hoc autem difficile. Facile quidem non contingere signum, difficile autem contingere.
Et propter hec utique malitie quidem superhabundantia et defectus, virtutis autem medietas.
Boni quidem enim simpliciter, multipharie autem mali. Est igitur virtus habitus electivus
in medietate existens que ad nos determinata ratione et ut utique sapiens deter-
minabit. Medietas autem duarum maliciarum, huius quidem secundum superhabundantiam, huius autem
secundum defectum. Et adhuc huic has quidem deficere, has autem superhabundare eo quod opor-
tet et in passionibus et in operationibus; virtutem autem medium et invenire et eligere. Propter quod
secundum substantiam quidem et rationem quid erat esse dicentem medietas est virtus; secundum optimum autem et
bene extremitas. Non omnis autem suscipit omnis operatio neque omnis passio medie-
tatem. Quedam enim confestim nominata convoluta sunt cum malicia, puta gaudium de
malo, inverecundia, invidia, et in operationibus adulterium, furtum, homi-
cidium. Hec enim omnia et que talia dicuntur, eo quod ipsa mala esse, sed non superhabundantie
ipsorum neque defectus. Non est igitur umquam circa hec dirigere, sed semper peccare. Neque est bene
vel non bene circa talia in eo quod ut oportet et quando et qualiter putant adulterari, sed simpliciter

[illegible]

facere quodcumque horum peccare est. simile autem attribuenti. quodcumque horum peccare est simile autem attribuenti et circa iniusta facere et timere et [illegible] esse esse medietatem et superhabundantiam et defectum. erit enim sic superhabundantie et defectus medietas et superhabundantie superhabundantia et defectus defectus. Quemadmodum autem temperantie et fortitudinis non est superhabundantia et defectus propter medium esse aliqualiter extremum ita

defectus. Sed ut utique operatur iniustum est. Universaliter enim neque superhabundantie neque defectus medietas est neque illorum medietatis neque superhabundantia et defectus. Oportet autem hoc non solum universaliter dici. Sed et in hiis que sunt secundum singula aptare. In hiis enim qui circa operationes sermonibus universales quidem communiores sunt. particulares autem veriores. circa singularia enim operationes. oportet autem in hiis concordare. Sumenda igitur hec ex descriptione. Circa timores quidem et audacias fortitudo medietas. superhabundantium autem qui quidem in intimiditate innominatus. Multa autem sunt innominata. qui autem in audere superhabundat audax. qui vero in timere quidem superhabundat in audere autem deficit timidus. Circa delectationes autem et tristicias non omnes minus autem et circa tristicias. Medietas quidem temperantia. superhabundantia autem intemperantia. Deficientes autem circa delectationes non multum fiunt. propter quod et isti nomine non sunt sortiti. Sint autem insensibiles. Circa dationem autem pecuniarum et acceptionem. Medietas quidem liberalitas. superhabundantia autem et defectus prodigalitas et illiberalitas. contrarie autem et hee superhabundant et deficiunt. prodigus quidem enim in tributione superhabundat. in acceptione deficit. Illiberalis autem in acceptione quidem superhabundat. in tributione vero deficit. Nunc quidem igitur typo et in capitulo dicentes hec ipso. posterius autem certius de hiis determinabitur. Circa pecunias autem et alie dispositiones sunt. medietas quidem magnificentia. magnificus enim differt a liberali. hic quidem enim circa magna. hic autem circa parva. superhabundantia autem apyrokalia et banausia. defectus vero parvificentia. Differunt autem hee ab hiis que circa liberalitatem. qualiter autem differunt posterius dicetur. Circa honorem autem et inhonorationem medietas quidem magnanimitas. superhabundantia autem chaunotes quedam dicta. defectus autem pusillanimitas. Sicut autem diximus habere ad magnificentiam liberalitatem. circa parva differentem. ita habet quedam circa honorem existentem magnanimitati. hec circa parvum existens. est enim ut oportet appetere honorem et magis quam oportet et minus. dicitur autem qui superhabundat quidem desideriis philotimus. qui autem deficit aphilotimus. medius autem innominatus. Innominate autem et dispositiones. verumtamen philotimi philotimia. Unde contendunt extremi de media regione. Et nos autem quandoque quidem medium philotimum vocamus. est autem quando aphilotimum. et quandoque quidem laudamus philotimum. propter quam autem causam hoc facimus in hiis que deinceps dicetur. Sic autem de reliquis dicatur secundum enarratum modum. Est autem et circa iram superhabundantia et defectus et medietas. fere autem innominatis existentibus ipsis medium mansuetum dicentes medietatem mansuetudinem vocamus. Extremorum autem qui quidem superhabundat iracundus sit et malicia iracundia. qui autem deficit inirascibilis quidam. defectus autem inirascibilitas. Sunt autem et alie tres medietates. habentes quidem quandam similitudinem ad invicem. differentes vero ab invicem. omnes quidem enim sunt circa sermonum et operationum communionem. Differunt autem quoniam hec quidem est circa verum quod est in ipsis. hec autem circa delectabile. huius autem hec quidem in ludo. hec autem in omnibus que secundum vitam. Dicendum igitur et de hiis ut magis cognoscamus quoniam in omnibus medietas laudanda. extrema autem neque recta neque laudabilia sed vituperabilia sunt. Sunt quidem igitur et horum plura innominata. temptandum autem quemadmodum et in aliis ipsos nomina fingere manifestationis gratia et boni quod consequitur. Circa verum quidem igitur

[illegible]

medii quidem veritas quis et medietas veritas dicatur. fictio autem que quidem ad maius iactantia et qui habet eam iactator. que autem ad minus ironia et iron. Circa delectabile autem quod quidem in ludo medius quidem eutrapelos et dispositio eutrapelia. superhabundantia autem bomolochia et qui habet eam bomolochos. qui autem deficit agroicos quis et habitus agroikia. Circa reliquum autem delectabile quod in vita. qui quidem ut oportet delectabilis est amicus et medietas amicicia. Qui autem superhabundat siquidem nullius gratia placidus. Si autem utilitatis aliene blanditor. Qui autem deficit et in omnibus indelectabilis litigiosus quis et discolus. Sunt autem et in passionibus et in hiis que circa passiones medietates. verecundia enim virtus quidem non, laudatur autem et verecundus. Etenim hic quidem dicitur medius. qui autem superhabundat ut cataplex qui omnes verecundatur. qui autem deficit vel nequaquam verecundatur inverecundus. medius autem verecundus. Nemesis autem medietas invidie et epichairekakie. Sunt autem circa tristiciam et delectationem in hiis que accidunt proximis factas. Nemesiticus quidem enim tristatur de indigne bene operantibus. Invidus autem supercedens hunc in omnibus tristatur. epichairekakos autem tantum deficit a tristando ut gaudeat. Sed de hiis quidem et alias tempus erit. De iusticia autem quoniam non simpliciter dicitur, postea dividentes de utraque dicemus qualiter medietates sunt. Similiter autem et de rationalibus virtutibus. Tribus autem dispositionibus existentibus, duabus quidem maliciis, hac quidem secundum superhabundantiam, hac autem secundum defectum, una autem virtute medietate, omnes omnibus opponuntur aliqualiter. extreme quidem enim et medie et ad invicem contrarie sunt. medie autem extremis. Quemadmodum enim equale ad minus quidem maius, ad maius autem minus, ita medii habitus que ad defectum superhabundant ad superhabundantias autem deficiunt ~~deficiunt~~ et in passionibus et operationibus. fortis enim ad timidum quidem audax videtur, ad audacem autem timidus. Similiter autem et temperatus ad insensibilem quidem intemperatus et ad intemperatum autem insensibilis. liberalis autem ad illiberalem quidem prodigus et ad prodigum autem illiberalis. Propter quod et pellunt medium extremi alter ad alterum et vocant fortem timidus quidem audacem, audax autem timidum, et in aliis proportionaliter. Sic autem oppositis ad invicem hiis maior contrarietas est extremis ad invicem quam ad medium. longius enim hec distant ab invicem quam a medio, quemadmodum magnum a parvo et parvum a magno quam ambo ab equali. Adhuc ad medium quidem quibusdam extremis similitudo quedam videtur ut audacie ad fortitudinem et prodigalitati ad liberalitatem. extremis autem ad invicem plurima dissimilitudo. que autem plurimum distant ab invicem contraria determinant. quare et magis contraria que plurimum distant. Ad medium autem opponitur in hiis quidem magis defectus, in hiis autem superhabundantia. puta fortitudini quidem non audacia superhabundantia existens sed timiditas defectus existens. temperantie autem non insensibilitas indigentia existens sed intemperantia superhabundantia existens. Propter duas autem causas hoc contingit. Una quidem que ex ipsa re. in eo enim quod propinquius et similius alterum extremorum medio, non hoc sed contrarium opponimus magis. puta quoniam similius esse videtur fortitudini audacia et propinquius, dissimilius autem timiditas, opponimus. distantia enim plus a medio contraria magis videntur esse. Una quidem igitur causa hec ex ipsa re. altera autem ex nobis ipsis. ad que enim ipsi magis nati sumus ad delectationes, hec facilius mobiles sumus ad intemperantiam quam ad temperantiam. hec igitur magis contraria dicimus ad que augmentum magis fit. et propter hoc intemperantia existens magis contraria est temperantie. Quoniam quidem igitur est virtus moralis medietas et qualiter, et quoniam est medietas duarum maliciarum, hac quidem secundum superhabundantiam, hac autem secundum defectum, et quoniam talis est propter coniecturativa medii esse que in passionibus et operationibus, sufficienter dictum est. Propter quod et difficile est studiosum esse. in unoquoque enim medium accipere difficile, puta circuli medium non cuiuslibet sed scientis. Sicut autem et

[illegible]

irasci quidem cuiuslibet et facile, et dare argentum et consumere. Cui autem et quantum et quando et cuius gratia et qualiter, non adhuc cuiuslibet, neque facile. Quapropter bene et rarum et laudabile et bonum. Propter quod oportet coniectantem medium primum quidem recedere a magis contrario, quemadmodum et Calipso monebat: Hoc extra fumi quidem et unde custodi navem. Extremorum enim hoc quidem est peccativum magis, hoc autem minus. Quoniam igitur medium attingere summe difficile, secundum secundam aiunt navigationem minima sumenda malorum. Hoc autem erit maxime hoc modo quo dicimus. Intendere autem oportet et ad que et ipsi facile mobiles sumus. Alii enim ad alia apti nati sumus. Hoc autem erit notum ex delectatione et tristicia facta circa nos. In contrarium autem nos ipsos attrahere oportet. Multum enim abducentes a peccando in medium veniemus, quod tortuosa lignorum dirigentes faciunt. In omni autem maxime observandum delectabile et delectationem. Non enim incorrupti iudicamus eam. Quod igitur plebis senes patiebantur ad Helenam, hoc oportet pati et nos ad delectationem, et in omnibus illorum dicere vocem. Sic enim abicientes ipsam minus peccabimus. Hec igitur facientes, ut in capitulo dicamus, maxime poterimus medium adipisci. Difficile autem forsitan hoc, et maxime in singularibus. Non enim facile determinare qualiter et quibus et in quibus et quanto tempore irascendum. Etenim nos quandoque deficientes laudamus et mansuetos dicimus, quandoque autem sevientes viriles vocamus. Sed qui quidem parum a bono transgreditur non vituperatur, neque ad magis neque ad minus; qui autem plus, iste: non enim latet. Sed usque quo et in quantum vituperandus non facile ratione determinare. Neque enim aliud aliquid sensibilium. Talia autem in singularibus, et in sensu iudicium. Hoc quidem igitur tantum ostendit quoniam medius habitus in omnibus laudabilis. Declinare autem oportet quandoque quidem ad superhabundantiam, quandoque autem ad defectum. Sic enim facile medium et quod bene adipiscemur.

Virtute itaque et circa passiones et operationes existente, et in voluntariis quidem laudibus et vituperiis factis, in involuntariis autem venia, quandoque autem et misericordia, voluntarium et involuntarium necessarium forsitan determinare de virtute intendentibus. Utile autem et legislatoribus et ad honores et penas. Videntur autem involuntaria esse que violenta vel propter ignorantiam facta. Violentum autem cuius principium extra, tale existens in quo nihil confert operans vel patiens, puta si spiritus tulerit alicubi vel homines domini existentes. Quecumque autem propter timorem maiorum malorum operata sunt vel propter bonum aliquod, puta si tirannus precipiat turpe aliquid operari dominus existens parentum et filiorum, et operante quidem salventur, non operante autem moriantur, dubitationem habet utrum involuntaria sunt vel voluntaria. Tale autem aliquid accidit et circa eas que in tempestatibus eiectiones. Simpliciter quidem enim nullus eicit voluntarie; in salute autem sui et aliorum omnium intellectum habentes. Mixte quidem igitur sunt tales operationes. Assimilantur autem magis voluntariis. Voluntarie enim sunt tunc cum operantur. Finis autem operationis secundum tempus est. Et voluntarium autem et involuntarium quando operatur dicendum. Operatur autem volens. Etenim principium movendi organicas partes in talibus operationibus in ipso est. Quorum autem in ipso principium, in ipso et operari et non. Voluntaria itaque talia, simpliciter autem forsitan involuntaria. Nullus enim utique eligeret secundum se ipsum talium aliquid. In operationibus autem talibus quandoque et laudantur, cum turpe aliquid vel triste sustinent pro magnis et bonis. Cum autem e converso, vituperantur. Turpissima enim sustinere pro nullo bono vel modico pravi. In aliquibus autem laus quidem non fit, venia autem, cum propter talia operatur aliquis que non oportet, que humanam naturam excedunt et nullus utique sustineret. Quedam autem fortassis non est cogi, sed magis moriendum patientem durissima. Etenim Euripidis Alcmeona coacta videntur ridicula matrem occidere. Est autem difficile quandoque iudi-

Virtute itaque et c. Postquam philosophus determinavit de virtute in communi, hic determinat de quibusdam principiis actuum virtutis [illegible] et hoc ad determinationem [illegible] determinat et de voluntario et voluntas [illegible] voluntarium [illegible] voluntarium [illegible] et voluntarium fit [illegible] electio autem est eorum que sunt ad finem, voluntarium propter finem. Dividitur ergo pars ista in duas partes. In prima determinat de quibusdam principiis virtuosorum actuum. In secunda parte [illegible] ad actus virtutum, ibi:

Voluntarius autem [illegible] Circa primum duo facit [illegible] ad presentem doctrinam [illegible] de voluntario et involuntario. Secundo determinat de electione, ibi: Determinatis autem et c. [illegible] determinat de voluntario, ibi:

Voluntaria et c. Circa primum ponit duas rationes [illegible] de virtutibus et [illegible] passiones et operationes fiunt laudes [illegible] voluntariis et vituperia [illegible] involuntariis [illegible] non laudantur [illegible] involuntarium [illegible] vituperio reddatur immunis [illegible] laus autem et vituperium [illegible] voluntarium et involuntarium [illegible] determinare [illegible] intendunt de virtute [illegible] Secundam rationem ponit ibi: Utile autem et legislatoribus et c. [illegible] et dicit quod utile est legislatoribus considerare voluntarium et involuntarium ad hoc quod statuant honores bene agentibus et penas peccantibus [illegible] voluntarium et involuntarium dicta. Deinde cum dicit: Videntur autem voluntaria et c. determinat de voluntario et involuntario [illegible]

[illegible] Violentum autem et c. [illegible]

[illegible] Que utique autem [illegible] et c. [illegible] Qualia utique et c. [illegible]

[illegible] Deinde cum dicit: Que utique autem et c. [illegible] In operibus et c. [illegible]

[illegible] Deinde cum dicit [illegible]

[illegible] In operibus autem et c. Postquam philosophus [illegible]

[illegible] Deinde cum dicit: Difficile et c. [illegible]

[illegible] timore doloris non moveatur [illegible] turpia agunt propter timores [illegible] laudes.

¶ Deinde cum dicit. Omnia quidem igitur etc. ostendit quod per predictas circumstantias ignorantie. Et dicit quod nullus est qui omnes predictas circumstantias ignoret nisi sit insanus. Et manifestum est de circumstantia operantis quod non potest ignorare quis sit operans quia sic ignoraret seipsum quod impossibile est. Sed actum ignorare est quod aliquis operatur sicut illi qui dicunt aliquid quod non erant dicenda dicunt excusantes seipsos quod exciderit a memoria eorum vel quod nesciverunt quod talia essent mistica, id est quod talia non erant dicenda sicut reuelata fuerunt mistica, id est secreta Eschilo, id est cuidam poete. Vel quod qui talia loquitur ignoravit quid faceret quia nesciebat hoc esse reuelationem secretorum. Et ponit aliud exemplum quantum ad secundum sicut sagittator qui volens monstrare discipulo suo quomodo sit sagittandum et mittit ad signum telum casualiter nesciebat quid faceret quia nesciebat se dimittere telum. Deinde ponit exemplum de ignorantia eius circa quod sicut si aliquis filium suum non credat esse hostem qui impugnat domum eius et interficiat eum sicut quedam mulier dicta Merope interfecit filium suum. Et sic patet quod in tali facto scit homo quid faciat quia scit se interficere sed nesciebat eum quem putat nescit se interficere filium. Postea ponit exemplum de ignorantia instrumenti sicut si aliquis in hastiludio vertat hastam lanceam quam putabat esse rotundam [illegible] propter amorem filii vel si aliquis estimet lapidem quem vertat esse pumicem. Deinde ponit exemplum de ignorantia finis. Et dicit quod si aliquis medicus per minutionem percutiens hominem propter salutem corporalem vel magis propter salutem spiritualem occidit, id est hic ignorantia finis non quid est quod intendebat sed quid ex opere consequitur. Ignorabat enim quod est opus ad talem finem perveniret. Ultimo autem ponit exemplum de ignorantia modi actionis, puta cum aliquis estimat se leniter ducere manum ad ostendendum aliquid alii se percutiendo sicut faciunt pugiles ut fortiter percutiat. Talis enim ignorantia fortiter putat.

¶ Deinde cum dicit. Circa omnia etc. ostendit quando predicta ignorantia involuntarium causat. Et primo dicit quod cum ignorantia sit circa omnes predictas circumstantias in quibus contingit operatio, videtur involuntarie operari qui ignorat aliquam predictarum circumstantiarum, et maxime principalissimas circumstantias. Secundo, id est principalissime autem etc. ostendit que sint principalissime circumstantie. Et dicit quod principalissime circumstantie videntur in quibus est operatio, id est obiectum circa quod actus est, et propter quid, id est finis qua actus specificatur secundum obiectum. Sicut autem obiectum est exterior actus, ita finis est secundum interiorem actum voluntatis. Deinde cum dicit. Secundum talem vero etc. ostendit quod ignorantia horum non sufficit ad involuntarium. Et dicit quod cum involuntarium dicatur secundum predictam ignorantiam adhuc requiritur ad involuntarium quod opus sit cum tristitia et penitudine ut supra dictum est.

Existente autem involuntario etc. Postquam philosophus determinavit de involuntario, hic determinat de voluntario. Et primo ostendit quid sit voluntarium, secundo excludit circa hoc quendam errorem, ibi: Forsitan enim non bene dicitur etc. Circa primum considerandum est quod cum involuntarium videatur dici per remotionem voluntarii, tamen si requiratur ad causam voluntarii dicitur ad per remotionem eorum que causant involuntarium, scilicet violentie et ignorantie. Et quia unumquodque consequitur per suam causam, ideo diffinitio voluntarii traditur remotis causis involuntarii. Et dicit quod cum involuntarium sit propter violentiam et propter ignorantiam, videtur quod voluntarium sit cuius principium est in ipso operante et sic excludit violentiam. Et tamen quod ipse operans sciat singulares circumstantias que occurrunt ad operationem, et propter hoc excludit ignorantiam que causat involuntarium.

¶ Deinde cum dicit. Forsitan enim etc. excludit quendam errorem. Et primo ponit ipsum. Quidam enim putabant quod non omne cuius principium est intra et cum scientia circumstantiarum est voluntarium. Potuit enim contingere quod in principio quod est intra non sit appetitus rationalis qui dicitur voluntas, qui denominat voluntarium, sed alius appetitus sensitivus puta ira vel concupiscentia vel aliquis huiusmodi quod philosophus dicit non convenienter. Et est notandum quod passiones appetitus sensitivi excitantur a rebus exterioribus apprehensis per sensum vel errore eius unde cum eo quod supra removit secundum quod dicebat quod res exteriores inferunt violentiam. Sed hic agebat de violento cuius principium est extra, hic autem agit de voluntario cuius principium est intra. Secundo, id est [illegible] enim etc. improbat predictam opinionem quinque rationibus. Prima talis est quia operari non solum bruta animalia et etiam pueri operantur secundum passiones appetitus sensitivi non secundum appetitum intellectualem quo carent vel ratione. Sed quod secundum iram et concupiscentiam et alias passiones appetitus sensitivi fiunt erunt involuntaria, sequetur quod neque bruta alia neque pueri voluntarie operarentur. Dicitur autem voluntarie operari non quia operentur ex voluntate sed quia proprio motu sponte agunt et a nullo exteriori moventur. Hoc enim dicimus esse voluntarium quod quis sponte et proprio motu operatur ea. Ergo ea que fiunt propter iram vel concupiscentiam fiunt voluntarie. Secundam rationem ponit ibi. Deinde utrum non etc. que talis est. Si ea que fiunt propter iram vel concupiscentiam non sunt voluntaria [illegible] aut hoc est in malis aut in bonis ut scilicet bona que quis faciat ex passione voluntarie faciat, mala autem non voluntarie. Quod forte dicebat quia homo concedat rationem esse mala vitandum voluntarie quod in ratione. Sed hoc secundum videtur esse ridiculum cum sit causa omnium quod homo faciat sive sit bonum sive sit malum. Et voluntas enim non [illegible] ira vel concupiscentia inclinat hominem propter ad agendum bonum non convenit aliter quam appetitum. Secundum quod in [illegible] ponitur dicere non voluntarium bonum quod operatur appetitus secundum passionem. Nam ad ea que oportet appetere homo per voluntatem inducitur. Oportet autem in quibusdam irasci puta ad corrigendum peccatum et aliquam concupiscere puta sanitatem vel disciplinam. Relinquitur ergo secundum eum quod ea que propter passionem fiunt non sunt voluntaria. Tertiam autem rationem ponit ibi. Videtur autem involuntarium etc. que talis est. Involuntaria sunt cum tristitia. Sed ista que fiunt secundum concupiscentiam fiunt cum delectatione. Non ergo sunt involuntaria. Quartam rationem ponit ibi. Quid enim autem differt etc. que talis est sicut supra dictum est peccata que sunt voluntaria sunt vituperanda et fugienda quod non potest dici de involuntariis quia non potest homo ea fugere neque propter ea vituperari. Sed sicut peccata que fiunt per cogitationem, id est deliberationem, sunt fugienda et vituperanda, ita et peccata que fiunt propter iram vel aliquam passionem. Potest enim homo per voluntatem passioni resistere. Unde si propter passionem ad turpe operetur vituperatur. Non ergo differunt ea que fiunt ex passione et ea que fiunt ex deliberatione quantum ad hoc quod sint voluntaria. Quintam autem rationem ponit ibi. Videntur autem etc. que talis est. Passiones irrationales, id est appetitus sensitivi, videntur esse humane inquantum scilicet appetitus sensitivus potest obedire rationi ut supra dictum est. Ergo et operationes que sunt ab ira et concupiscentia et aliis passionibus sunt humane. Sed nulla operatio involuntaria est humana. Non enim attribuuntur homini que operatur involuntarie neque ad laudem neque ad vituperium. Inconveniens est ergo dicere quod ea que fiunt ex passione sint involuntaria.

[illegible]

[illegible]

[illegible commentary, upper margin]

.c.

cere quale pro quali eligendum et quid pro quo sustinendum. Adhuc autem difficilius immanere cognitis. Ut enim in multis est quandoque expectantur tristia, que autem coguntur turpia. Unde laudes et vituperia fiunt circa coactos vel non. Qualia utique dicendum violenta? Vel simpliciter quidem quando causa in hiis que extrinsecus est et qui operatur non confert? Que autem secundum se ipsa quidem involuntaria sunt, nunc autem pro hiis voluntaria, quorum autem et principium in operante, secundum se ipsa quidem involuntaria sunt, nunc autem et pro hiis voluntaria, magis autem assimilantur voluntariis. Operationes enim in singularibus, hec autem voluntaria. Qualia autem pro quibus eligendum non facile reddere. Multe enim differentie sunt in singularibus. Si quis autem delectabilia et bona dicat violenta esse, cogunt enim extrinseca existentia, omnia utique erunt sic violenta. Horum enim gratia omnes operantur et qui quidem vi et nolentes cum tristicia, qui autem propter bonum cum delectatione. Ridiculum autem causari quod extrinsecus, sed non se ipsum bene venabilem existentem a talibus, et bonorum quidem se ipsum, turpium autem delectabilia. Videtur utique violentum esse cuius extrinsecus principium, nichil conferente vim passo. Quod autem propter ignorantiam non voluntarium quidem omne est, involuntarium autem quod cum tristicia et in penitudine. Qui enim propter ignorantiam operatus est quodcumque, nichil autem tristatur in operatione, volens quidem non operatus est quod non scivit, neque rursus nolens non tristatus de eo. Propter ignorantiam autem qui quidem in penitudine nolens videtur, qui autem non penitet, quia alter sit, non volens. Quia enim differt, melius habere nomen proprium. Alterum autem videtur et propter ignorantiam operari ab eo quod ignorantem facere. Ebrius enim vel qui irascitur non videtur propter ignorantiam operari sed propter dictorum aliquid, non sciens autem sed ignorans. Ignorat quidem igitur omnis malus que oportet operari et a quibus fugiendum, et propter tale peccatum iniusti et universaliter mali fiunt. Involuntarium autem vult dici non si quis ignorat que confert. Non enim que in electione ignorantia causa involuntarii sed malicie, neque que universalis (vituperantur enim propter hanc), sed que in singularibus in quibus et circa que operatio. In hiis enim et misericordia et venia. Horum enim aliquid ignorans involuntarie operatur. Forsitan igitur non malum determinare hec que et quot sint: et quis utique, et quid, et circa quid vel in quo operatur, quandoque autem et quo, puta instrumento, et gratia cuius, puta salutis, et qualiter, puta quiete vel vehementer. Omnia autem hec igitur nullus utique ignorabit non insanus, manifestum autem quod neque operantem. Qualiter enim se ipsum? ~~enim se ipsum~~ Quod autem operatur ignorabit utique aliquis, puta dicentes aiunt excidere ipsos vel non scire quoniam ineffabilia erant, quemadmodum Eschilus mistica, vel monstrare volens dimittere, ut qui telum. Existimabit utique aliquis et filium oppugnatorem esse quemadmodum Meropem, et rotundatam lanceatam hastam vel lapidem pumicem esse. Et in salute percutiens occidet utique; et ostendere volens, quemadmodum pugiles, percutient utique. Circa omnia utique hec ignorantia existente in quibus operatio, qui horum aliquid ignorat nolens videtur operari, et maxime in principalissimis. Principalissima autem esse videntur in quibus operatio ~~aut horum aliquid ignorat nolens videtur operari~~ et cuius gratia. Secundum talem utique ignorantiam involuntario dicto adhuc oportet operationem tristem esse et in penitudine existentem. Existente autem involuntario quod vi et propter ignorantiam, voluntarium videbitur utique esse cuius principium in ipso scienti singularia in quibus est operatio. Forsitan enim non bene dicitur involuntaria esse que propter iram vel concupiscentiam. Primum quidem enim nullum adhuc animalium aliorum voluntarie operabitur, neque pueri. Deinde utrum nichil voluntarie operamur eorum que propter concupiscentiam vel iram, vel bona quidem voluntarie, turpia autem involuntarie? Sed ridiculum una causa existente. Inconveniens autem forte involun-

[illegible commentary, left margin]

.b. Item cum dicit: Si quis autem delectabilia etc. [illegible commentary]

.d. Item cum dicit: Forsitan igitur non malum etc. [illegible commentary]

[illegible commentary, lower margin]

Determinatis autem voluntario et involuntario etc. Postquam philosophus determinavit de voluntario et involuntario hic determinat de electione [illegible]

[illegible]

Deinde cum dicit Dicentes autem ipsam etc. [illegible]

[illegible]

tanta vice que oportet appetere. Oportet autem et irasci in quibusdam et concupiscere quedam, puta sanitatem vel disciplinam. Videntur autem involuntaria quedam tristia esse, que autem secundum concupiscentiam delectabilia. Adhuc autem quid differunt in essendo involuntaria que secundum ratiocinationem vel iram peccantur? Fugienda quidem enim ambo. Videntur autem non minus humane esse irrationales passiones. Quare et operationes hominis ab ira et concupiscentia. Inconveniens itaque ponere involuntaria hec. Determinatis autem voluntario et involuntario de electione sequitur pertransire. Maxime proprium enim videtur esse virtuti et magis mores iudicare quam operationes. Electio utique voluntarium esse videtur, non idem autem, sed in plus voluntarium. Voluntario quidem enim et pueri et alia animalia communicant, electione autem non. Et repentina autem voluntaria quidem dicimus, secundum electionem autem non. Dicentes autem ipsam concupiscentiam vel iram vel voluntatem vel quandam opinionem non videntur recte dicere. Non enim communis electio et irrationabilium, concupiscentia autem et ira. Et incontinens concupiscens quidem operatur, eligens autem non. Continens autem econtra eligens quidem, concupiscens autem non. Et electioni quidem concupiscentia contrariatur, concupiscentia autem concupiscentie non. Et concupiscentia quidem delectabilis et tristis, electio autem neque tristis neque delectabilis. Ira autem adhuc minus. Neque enim que propter iram secundum electionem esse videntur. Sed neque voluntas, quamvis propinqua videatur. Electio quidem enim non est impossibilium. Et si quis dicat eligere, videbitur utique insipiens esse. Voluntas autem est impossibilium, puta immortalitatis. Et voluntas quidem est et circa ea que nequaquam per ipsum operata sunt utique, puta ypocritam aliquem vincere vel athletam. Eligit autem talia nullus, sed quecumque existimat fieri per ipsum. Adhuc autem voluntas quidem finis est, electio autem eorum que ad finem. Puta sani esse volumus, eligimus autem per que sani erimus. Et felices esse volumus quidem et dicimus, eligimus autem dicere non congruit. Universaliter enim videtur electio circa ea que in nobis esse. Sed neque iam opinio utique erit. Opinio quidem enim videtur circa omnia esse, et nichil minus circa eterna et impossibilia et ea que in nobis. Et falso et vero dividitur, non malo et bono. Electio autem hiis magis. Universaliter quidem igitur opinioni idem forte neque dicit aliquis. Sed neque cuidam. In eligendo enim bona vel mala (bonum vel malum) quales quidam sumus, in opinando autem non. Et eligimus quidem accipere vel fugere vel aliquid talium, opinamur autem quid est vel cui confert vel qualiter; accipere autem vel fugere non multum opinamur. Et electio quidem laudatur in essendo cui oportet magis vel recte, opinio autem in essendo ut vere. Et eligimus quidem que maxime scimus bona existentia, opinamur autem que non multum scimus. Et videntur non iidem et eligere optima et opinari, sed quidam opinari quidem melius, propter maliciam autem eligere non que oportet. Si autem precedit opinio electionem vel sequitur, nichil differt. Non enim hoc intendimus, sed si idem alicui opinioni. Quid igitur vel quale quid est, quoniam dictorum nullum? Voluntarium quidem videtur. Voluntarium autem non omne eligibile, sed certe quod preconsiliatum. Electio enim cum ratione et intellectu. Subsignare autem videtur et nomen ut quod pre aliis eligibile. Consiliantur autem utrum de omnibus et omne consiliabile, aut de quibusdam non est consilium? ~~Dicendum autem forte consiliabile est aut de quibusdam~~ Dicendum autem forte consiliabile non de quo consiliaretur utique aliquis insipiens vel insanus, sed de quibus intellectum habens. De eternis autem nullus consiliatur, puta de mundo vel dyametro vel costa quoniam incommensurabiles. Sed neque de hiis que in motu, semper autem secundum eadem fiunt, sive ex necessitate sive natura vel per aliquam causam aliam, puta solsticiis et ortibus. Neque de hiis que alias aliter, puta siccitatibus et ymbribus. Neque de hiis que a fortuna, puta thesauri inventione. Sed neque de humanis omnibus [illegible]

[illegible]

Deinde cum dicit Electio etc. [illegible]

Deinde cum dicit Deinde cum dicit Voluntas autem etc. [illegible]

Deinde cum dicit Neque utique opinio erit utique etc. Postquam philosophus [illegible]

[illegible]

[illegible] neque autem [illegible] electio non est [illegible] opinio [illegible] ... ut mala [illegible] ... electio non est [illegible] opinio [illegible] ...

[illegible] ... ad actiones nostras [illegible] ... opinio [illegible] ... actiones nostre [illegible] ... opinio non [illegible] ... electio [illegible] ... opinionis est [illegible] ... electio [illegible] ... opinio [illegible] ... eligimus [illegible] ... opinionem [illegible] ...

[illegible] ... electio ut [illegible] ad ipsam [illegible] ... electio [illegible] alia opinio [illegible] ... opinio [illegible] ... ad [illegible] ... cum [illegible] ... opinionem [illegible] habebat.

Deinde cum dicit [illegible] ... electio [illegible] ... non sit ad [illegible] ... voluntatis [illegible] non tamen [illegible] voluntas [illegible] ... actus [illegible] ... ipsa electio [illegible] ... et intellectus [illegible] ... ad [illegible] positivum ut [illegible].

[illegible] ... de [illegible] ... de electione [illegible] ... de [illegible] ... consilium [illegible] ... de [illegible] ... consiliamur [illegible] non de [illegible] ... [illegible] ... ad [illegible] ... consiliantur [illegible] ... debeat [illegible] ...

Deinde cum dicit [illegible] ... de quo non sit [illegible] ... de quo non sit consiliari [illegible] ... de [illegible] ... consilium [illegible] ... motu [illegible] ... mundi [illegible] ... de [illegible] ... sic hoc sit [illegible] ...

[illegible] ... de humanis [illegible] non consiliantur [illegible] ... [illegible] ...

.i. ¶ Deinde [illegible]

[illegible]

.k. ¶ [illegible]

[illegible] declaratum [illegible]

.l. Deinde [illegible] indicatum [illegible]

[illegible] declarationem [illegible] ex antiquis [illegible] reges non habebant [illegible] ad quem pertinebat eligere [illegible] plebs eliget [illegible] ab eis declaratum erat [illegible] plebi.

.m. ¶ Deinde [illegible]

[illegible] voluntas [illegible]

.o. ¶ Deinde cum [illegible] voluntas [illegible] apparens bonum [illegible]

.p. Deinde cum dicit [illegible] operationes [illegible] delectationem [illegible] bonum [illegible] malum [illegible]

Deinde cum dicit Consiliamur autem etc. [illegible]

.C.

Deinde cum dicit Consiliamur autem etc. [illegible]

ta quecumque utique: sed neque optime conversantur nullus Lacedemoniorum consiliatur. Neque
utique eorum que per nos aliqua: consiliamur autem de hiis que in nobis et operabilibus. Hec autem sunt
reliqua. Cause enim videntur esse natura et necessitas et fortuna: adhuc autem intellectus et omnis
qui per hominem. Hominum autem singuli consiliantur de hiis que per ipsos operabilibus. Et
circa quidem certas et per se sufficientes disciplinarum non est consilium, puta de litteris:
non enim dubitamus qualiter scribendum. Sed que fiunt per nos, non similiter semper, de hiis consili-
amur, puta de hiis que secundum medicinalem et negociativam, et magis circa gubernativam quam circa gymnasticam, quanto minus certificata est. Et
adhuc de reliquis similiter. Magis autem et circa artes quam disciplinas: magis enim circa ipsas
dubitamus. Consiliari autem in hiis que ut in pluribus, immanifestis autem qualiter evenient, et in quibus inde-
terminatum. Consiliatores autem assumimus in magnis, discredentes nobis ipsis ut non
sufficientibus dinoscere. Consiliamur autem non de finibus, sed de hiis que ad fines. Neque enim medicus
consiliatur si sanabit, neque rethor si persuadebit, neque politicus si pacem faciet, neque reliquorum
aliquis de fine. Sed ponentes finem, qualiter et per que erit intendunt. Si autem per unum perficitur, qualiter
per hoc erit, et illud per quid, quousque utique veniant ad primam causam, que in inventione ultima est.
Qui enim consiliatur videtur querere et resolvere dicto modo quemadmodum diagramma. Videtur autem questio quidem non omnis
esse consilium, puta mathematice. Consilium autem omne questio. Et quod ultimum in resolutione, primum
in generatione. Et si quidem impossibili inveniant, discedunt, puta si pecunias indigeret, hoc
autem non possibile est tribui. Si autem possibile videatur, incipiunt operari. Possibilia autem que per nos
fiunt utique. Que enim per amicos, per nos aliqualiter sunt. Principium enim in nobis. Queruntur autem quandoque quidem
organa, quandoque autem usus ipsorum. Similiter autem et in reliquis quandoque quidem per quod, quandoque autem qualiter
vel per quid. Videtur autem quemadmodum dictum est homo esse principium operationum. Consilium autem de operabilibus ab ipso.
Operationes autem aliorum gratia. Non enim utique erit consiliabile finis, sed que ad fines. Neque utique singularia,
puta si panis hic, vel si decoctus ut oportet; sensus enim hec. Si autem semper consilia-
bitur, in infinitum veniet. Consiliabile autem et eligibile idem, verumptamen determinatum iam eligi-
bile. Quod enim ex consilio prejudicatum, eligibile est. Cessat enim unusquisque querens qualiter
operabitur, cum in seipsum reducet principium, et ipsi in antecedenti. Hoc enim quod eligens. Manifestum
autem hoc et ex antiquis urbanitatibus quas Homerus imitatur. Reges enim que eligebant
annunciabant plebi. Existente autem eligibili desiderabili consiliabili eorum que in no-
bis, et electio erit consiliabile desiderium eorum que in nobis. Ex consiliari
enim iudicantes desideramus secundum consilium. Electio quidem igitur typo dicta sit, et circa qualia est, et quoniam
eorum que ad fines. Voluntas autem quoniam quidem finis est dictum est. Videtur autem hiis quidem boni esse,
hiis autem apparentis boni. Contingit autem voluntabile quidem bonum dicentibus non esse vo-
luntabile quod vult qui non recte vult. Si enim erit voluntabile, et bonum erat. Si
sic contingit, quod malum. Hiis autem apparens bonum voluntabile dicentibus non esse natura volun-
tabile, sed unicuique quod videtur. Alii autem aliud videtur, et si sic contingit contraria. Si autem utique hec non placent, igitur dicendum sim-
pliciter quidem et secundum veritatem voluntabile esse per se bonum, unicuique autem quod videtur. Studioso
quidem igitur quod secundum veritatem esse, pravo autem quod contingit. Quemadmodum et in corporibus bene dispositis
quidem sana que secundum veritatem talia existentia, infirmis autem alia. Similiter autem et amara
et dulcia et calida et gravia et aliorum singula. Studiosus enim singula iudi-
cat recte, et in singulis verum ei apparet. Secundum unumquemque enim habitum propria sunt et bona et
bona et delectabilia. Et differt plurimum forsitan studiosus verum in sin-

.b. Deinde cum dicit [illegible]

.D. Consiliamur autem non de finibus etc. [illegible]

.E. Deinde cum dicit Si ponentes finem etc. [illegible]

.F. Deinde cum dicit [illegible]

.G. Deinde cum dicit [illegible]

.H. Deinde cum dicit [illegible]

[illegible] ... Dicere autem quod nullus volens ... [illegible]

D. Deinde cum dicit: Si autem in nobis et cetera ... [illegible]

Deinde cum dicit: Dicere autem quod nullus ... [illegible]

Deinde cum dicit: Vel hiis que nunc dicta sunt et cetera ... [illegible]

Deinde cum dicit: Si autem hec videntur et cetera ... [illegible]

Deinde cum dicit: Hiis autem videntur et cetera ... [illegible]

singulis videtur quasi ad regulam et mensuram eorum existens. In multis autem deceptio propter delectationem videtur fieri; non enim existens bonum videtur. Desiderant igitur delectabile ut bonum, tristitiam autem ut malum fugiunt. Existente utique voluntabili quidem fine, consiliabilibus autem et eligibilibus eorum que ad finem, que circa hec operationes secundum electionem erunt utique et voluntarie. Virtutum autem operationes circa hec. In nobis autem et virtus, similiter autem et malitia. In quibus enim in nobis operari, et non operari; et in quibus non, et etiam. Quare si operari bonum existens in nobis est, et non operari in nobis erit malum existens; et si non operari bonum existens in nobis, et operari malum. Si autem in nobis bona operari et mala, similiter autem et non operari; hoc autem erat bonos et malos esse; in nobis erit decentes et pravos esse. Dicere autem quod nullus volens malus nec nolens beatus assimulatur hoc quidem mendaci, hoc autem veraci. Beatus quidem enim nullus nolens, malitia autem voluntarium. Vel hiis que nunc dicta sunt dubitandum, et hominem non dicendum principium esse neque genitorem operationum quemadmodum et natorum. Si autem hec videntur et non habemus in alia principia reducere preter ea que in nobis, quorum et principia in nobis, et hec in nobis et voluntaria. Hiis autem videntur testificari et privatim a singulis et ab ipsis legislatoribus; puniunt enim et castigant operantes mala, quotquot non vi aut propter ignorantiam cuius non ipsi causa; bona autem operantes honorant, velut hos quidem provocantes, hos autem prohibentes. Et quecumque neque in nobis sunt neque voluntaria, nullus provocat operari, ut non ante opus existens suadere, puta si calefieri vel dolere vel esurire vel aliud quodcumque talium; sicut enim nichil minus patiemur. Etenim in ipso ignorare puniunt, si causa esse videatur ignorantie, puta ebriis duplices increpationes; principium enim in ipso; dominus enim est eius quod est non inebriari; hoc autem causa ignorantie. Et ignorantes aliquid eorum que in legibus que oportet scire et non difficilia sunt puniunt. Similiter autem et in aliis quecumque propter negligentiam ignorare videntur, ut in ipsis existente non ignorare; dominos enim quod diligentes esse. Sed forsitan talis aliquis est ut non diligens sit. Sed eius quod tales fieri ipsi causa, remisse viventes; et eius quod iniustos vel intemperatos esse, hii quidem mala facientes, hii autem in potationibus et in talibus degentes. Que enim circa singula operationes tales faciunt. Hoc autem manifestum ex meditantibus ad quamcumque agoniam vel operationem; perficiunt enim operantes. Ignorare quidem igitur quoniam ex operari circa singula habitus fiunt, pene insensibilis. Adhuc autem irrationabile iniusta facientem non velle iniustum esse, aut luxuriantem intemperatum. Si autem non ignorans aliquis operatur ex quibus erit iniustus, volens iniustus utique erit. Non tamen si velit, iniustus existens quiescet et erit iustus. Neque enim qui egrotat sanus. Et si sic contingit volens egrotare, et inobediens medicis vivens. Tunc quidem igitur licebat ei non egrotare; emisso autem non adhuc; quemadmodum neque dimittenti lapidem adhuc ipsum possibile resumere; sed tamen in ipso mittere et proicere; principium enim in ipso. Sic autem et iniusto et incontinenti ex principio licebat tales non fieri; propter quod volentes sunt. Factis autem non adhuc licet non esse. Non solum autem anime malitie voluntarie sunt, sed quibusdam autem et que corporis, quos et increpamus. Propter naturam enim turpes nullus increpat, sed eos qui propter desidiam et negligentiam. Similiter autem et circa imbecillitatem et turpitudinem et orbitatem. Nullus enim utique improperabit ceco nativo vel ex infirmitate vel ex plaga, sed magis miserebitur. Eum autem qui ex vini potatione vel alia incontinentia omnis utique increpabit. Earum utique que circa corpus malitiarum que in nobis increpantur; que autem non in nobis non. Si autem sic et in aliis que increpantur utique mali-

D. Deinde cum dicit ... [illegible]

Deinde cum dicit: Non solum autem ... [illegible]

... in voluntarii erat ut supradictum est ... [illegible] ... ignorantes puniunt ... [illegible] ... legislatores puniunt ignorantes ... [illegible]

... et non sunt difficilia sicut ... [illegible] ... omnes scire quia non possunt ... [illegible] ... videntur ignorare propter negligentiam quia in potestate eorum erat ut non ignorarent ... [illegible] ... diligentes et non negligentes.

[illegible]

1 ¶ Deinde cum dicit. Sed forsitan etc. ponit philosophus obiectionem contra dictum quod nullus est voluntarie malus. hec obiectio indicatur his verbis. et primo quod quantum ad meliorem dispositionem ex qua possit inclinari ad malum per suam voluntatem. secundo quia ad hoc apprehensionem ad iudicandum bonum vel malum. i. Sed aut quis dicat etc. circa primum duo facit. primo ponit quod [illegible] ad [illegible] primum sustinendo. secundo [illegible] i. Sed est quod sunt tales et dicit aut [illegible] philosophus et in hoc parte [illegible] quod aliquis sic debiles vel negligentes [illegible] quod [illegible] posse aliquis negare dicendo. quod aliquis talis est ut non sit diligens sic [illegible] illi ex propriis [illegible] et [illegible] et sic [illegible] quod non sic in parte hominis quod sic diligens.

1.12. Deinde cum dicit. Sed ei quod est tales etc. obiectio quod deinde est de cui [illegible] quod aliquis per aliqualem dispositionem [illegible] dispositionem [illegible] sequitur corporis complexionem [illegible] corporis. et ex hac dispositione non per [illegible] intellectus et voluntatis [illegible] in corpore non [illegible] organo corporeo [illegible] in [illegible] per aut [illegible] hoc dispositionem [illegible] appetitus sensitivus [illegible] corporeo organo cuius motus sunt [illegible] ex hac dispositione [illegible] et voluntas [illegible] humanorum actuum [illegible] etc. [illegible] quod aut dispositio ex [illegible] inclinat voluntatem [illegible] in opinione [illegible] philosophus [illegible] dispositionem [illegible] de sola dispositione [illegible] duo facit [illegible] quod aliquis est negligens [illegible] voluntarie [illegible] et [illegible] habitus [illegible] voluntarie. i. Non solum aut [illegible] mali etc. [illegible] duo facit [illegible] sine voluntate quantum ad corporis [illegible] quod non est voluntarie [illegible] duo facit [illegible] et est aut [illegible] habitus mali [illegible] mali [illegible] non sunt mali [illegible] a bono agere et quantum ad [illegible] tales. i. non diligentes ad bene operandum et [illegible] ad bonas operationes [illegible] mali [illegible] inclinat ad male agendum [illegible] dispositionem [illegible] habitus [illegible] et sunt [illegible] mala faciunt [illegible] in [illegible] ad delectationem [illegible]

¶ Deinde cum dicit [illegible] singulis etc. [illegible] in aliquo [illegible] in singulis operationes faciunt tales. i. dispositi ad [illegible] operandum et [illegible] in illis qui student et operantur [illegible] [illegible] opportet [illegible] ex hiis que operantur [illegible] sunt tales ut [illegible] facere [illegible] ex hominibus qui [illegible] ex operibus habitus [illegible] i. [illegible] et [illegible] ex ordine actus ad habitus si [illegible] vult [illegible] et [illegible] vult [illegible] et [illegible] non vult [illegible] [illegible] vult [illegible] [illegible] sanitatem [illegible] vult sanare [illegible] non vult [illegible] voluntatis [illegible] non [illegible] si [illegible] talis [illegible] si aliquis [illegible] voluntarie [illegible] et [illegible] operationibus [illegible] faciendo sunt iniusti et [illegible] sunt intemperantes [illegible] aliquis vult [illegible] facere et non vult esse iniustum aut vult [illegible] et non vult esse intemperantes [illegible] voluntarie [illegible] [illegible] voluntarie [illegible]

[illegible] ¶ Deinde cum dicit. Non tamen si vult etc. [illegible] habitus mali non [illegible] voluntarie [illegible] non [illegible] voluntarie [illegible] iniustus [illegible] in dispositionibus corporis. Sed [illegible] qui cum [illegible] volens [illegible] vivendo [illegible] et non obediendo medicis [illegible] erat in eius potestate non [illegible] aut nocivo cibo non [illegible] in potestate [illegible] sic [illegible] qui proicit lapidem [illegible] in eius potestate [illegible] quod proicit [illegible] lapidem [illegible] in [illegible] potestate [illegible] et [illegible] in potestate [illegible] fiat iniustus vel intemperans [illegible] volentes sunt iniusti et intemperantes [illegible] sunt tales non [illegible] in [illegible] potestate [illegible] non [illegible] iniustus vel intemperantes [illegible]

[illegible] ¶ Deinde cum dicit. Non solum aut [illegible] corporum defectum [illegible] habitus vitiosi sunt voluntarii [illegible] non solum male [illegible] sunt voluntarie [illegible] in [illegible] defectus corporales et tales [illegible] [illegible] [illegible] turpes [illegible] sed solum eos qui sunt [illegible] negligentiam [illegible] et [illegible] debilitate aut [illegible] ullus enim [illegible] a [illegible] vel ex infirmitate vel ex aliqua plaga [illegible] non est voluntarium. [illegible] in [illegible] et [illegible] mala [illegible] defectum corporalem [illegible] increpantur [illegible] in potestate nostra non [illegible] quod non sit in potestate nostra [illegible] ad animam pertinent mala [illegible] vitiosi [illegible] in nostra potestate existunt.

[illegible]

h. Deinde cum dicit: Timemus autem etc. investigat circa quas passiones perficiatur fortitudo, et quia circa eas est fortitudo et specialiter circa timores, et quia principalis est fortitudo ut infra dicetur, eas autem sunt circa timores et audacias. Sed quia timor est et per timorem aliquis refugit, per audaciam aggreditur, circa hoc facit: primo ostendit quae sunt circa timores; secundo ostendit circa quos horum sit fortitudo, quia circa timorem mortis, ibi: Neque utique circa omnia etc.; tertio ostendit in speciali circa cuiusmodi mortis timorem fortitudo sit, ibi: Videbitur autem utique etc. Dicit ergo primo quod terribilia sunt quae timemus, quae mortalis circa hoc autem sunt, ut simpliciter dicatur quaecumque mala. Unde et philosophi diffiniunt timorem dicentes quod est expectatio mali. Et sumitur hic expectatio [illegible] per quam mala apparent in aliquid futurum. Sed tamen expectatio proprie loquendo non est nisi boni, sicut est spes. Cum igitur omnes timeamus aliqua mala, sicut mala opinionem, id est infamiam quae contraria honestati, inopiam id est paupertatem contraria bonis exterioribus, aegritudinem, inimicitiam et mortem quae contraria [illegible] bono proprio.

l. Deinde cum dicit: Neque utique circa omnia etc. ostendit circa quae timore fortitudo sit. Et primo ostendit circa quae non sit; secundo concludit circa quae sit, ibi: Circa qualia utique terribilia etc. Circa primum duo facit: primo proponit et manifestat, scilicet quod fortitudo non est circa timorem omnium malorum; secundo [illegible] ibi. Et primo quod fortitudo non sit circa timorem infamiae. Sicut enim non ex eo laudatur quod non timet, sed quod sit quod oportet timere ad bonum et bonum est ea timere in quibus. Sed ipse timor non solum natus est ad honestatem conservandam, sed ipse timor est quoddam honestum et aliquis non timuerit hic mala est quaedam malum honestum ut patet de infamia. Quam qui timet laudatur quia decorus id est opinionem in moribus et ueri [illegible]. Qui autem hoc malum non timet vituperatur quia inverecundus. Ergo patet quod fortitudo non est circa timorem talium malorum. Quamvis tamen ille qui non timet infamiam a quibusdam metaphorice nominatur fortis quia assimilatur forti in quantum est impavidus. Secundo ibi: Inopiam autem etc. ostendit quod fortitudo non est circa timorem paupertatis. Et dicit quod paupertatem non oportet timere, sicut dicebatur de infamia, sed neque aegritudinem neque aliquid eorum quae pertinent ad malitiam hominis cuius ipse est causa. Sicut enim non timet ipso id [illegible] non potest. Sed quod dicit hoc circa talia timere ne sit propter malum in quod homo incidit quod sic timor est utilis ad [illegible] vitandam, non autem alio modo. Tamen quis sic non oportet timere id qui circa haec est impavidus vocatur fortis. [illegible] fortis propter similitudinem quia non timet paupertatem vel ad alterum [illegible] pertinet, scilicet ad liberalitatem ex cuius actu aliud laudantur ingenui audientes audent pecunias expendere, quae tamen in maioribus periculis, scilicet bellicis, sunt timidi. Sicut ergo circa timorem talem non est fortitudo. Tertio ibi: Neque utique si quis etc. ostendit quod fortitudo non est circa quaecumque timores malorum plurium. Et dicit quod homo non dicitur timidus ex eo quod timet ne aliquid iniuriae sibi inferatur vel [illegible] aut filiis aut uxori vel quaecumque alia huiusmodi. Neque etiam aliquis dicitur fortis ex eo quod non timet flagellari sed audacter flagella sustinet, quia ista non sunt maxime terribilia. Dicitur autem aliquis fortis simpliciter ex eo quod est fortis circa maxime terribilia. l

Quod autem in aliquibus aliis dicitur intrepidus non dicitur fortis simpliciter sed in genere illo.

k. Deinde cum dicit: Circa qualia utique etc. ostendit circa quae malorum timorem sit fortitudo. Et dicit quod aliquis dicitur simpliciter fortis ex eo quod est intrepidus circa ea quae sunt maxime terribilia. Unde [illegible] dicta [illegible] prius ut dictum est in principio de caelo et mundo, quod virtus secundum [illegible] sit circa ea quae maxime sunt terribilia, ita quod ille maxime sustineat pericula qui fortis. Inter omnia autem maxime terribile mors, et huius ratio est quia est terminus totius vitae praesentis et nihil post mortem videtur homini esse vel bonum vel malum. Dehinc quae pertinent ad praesentem vitam quae nobis sunt nota. Ea enim quae pertinent ad statum animae post mortem non sunt manifesta nobis. Quod autem valde terribile est, ideo propter quod homo perdit omnia bona, quae [illegible] unde [illegible] fortitudo propter sit circa timorem periculorum mortis.

l. Deinde cum dicit: Videbitur autem utique etc. ostendit circa cuiusmodi mortis timorem sit fortitudo. Et circa hoc duo facit: primo ostendit circa quam mortem sit fortitudo; secundo ostendit quo ordine se habeat circa omnia genera mortis, ibi: Principaliter autem etc. Circa primum duo facit: primo proponit et manifestat; secundo probat propositum, ibi: In maximo enim etc. Dicit ergo primo quod neque est fortitudo circa mortem quam quis sustinet in quocumque casu vel negotio, ut est in mari vel aegritudine, sed circa mortem quam quis sustinet pro optimis rebus sicut contingit cum quis moritur in bello propter patriae defensionem. Et eadem ratio est de quacumque morte quam sustinet propter bonum virtutis. Sed specialiter facit mentionem de morte in bello quia in tali negotio ut frequentius homines moriuntur propter bonum.

m. Deinde cum dicit: In maximo enim etc. probat duplici ratione propositum. Quarum prima talis est: quia mors quae est in bello est in maximo periculo. Unde de tali morte homo est in optimo periculo quia huiusmodi pericula sustinet homo propter bonum commune quod est optimum, ut in principio dictum est. Virtus igitur est circa maxima et optima. Ergo virtus fortitudinis maxime est circa mortem quae est in bello. Secunda ibi: Concordes autem etc. ponit quod ex his quae mortem talem mortem, scilicet quae fortes se exponunt periculis. Huiusmodi exhibent honores tam in civitatibus quae vivunt in communitate quam etiam apud monarchias, id est apud reges qui talibus dominantur, quia hi in bello dimicantibus et in vita et post mortem aliquos honores exhibebant. Honor autem praemium virtutis est. Ergo circa huiusmodi mortem consistit virtus fortitudinis.

f. Deinde cum dicit: Principaliter autem etc. ostendit quo ordine se habeat fortis circa omnia genera mortis. Et primo quomodo se habeat in timore mortis; secundo quomodo se habeat in audacia, quae est circa huiusmodi pericula, ibi: Similiter autem etc. Circa primum duo facit: primo ostendit circa quam mortem principaliter sit fortitudo. Et dicit quod principaliter dicitur aliquis fortis ex eo quod impavide se habet circa bonam mortem sicut et omnes virtutes ordinantur ad bonum, et circa pericula illa quae mortem inferunt si sint repentina. In his enim quae ex repente occurrunt maxime ostenditur si aliquis ex habitu operatur. In aliis autem potest aliquis ex praemeditatione operari similia his quae sunt ex habitu maxime ut sunt talia, scilicet circa bonum praesens et repentina pericula bellica. Unde circa ista principaliter est virtus fortitudinis.

... tie in nobis utique erunt. Si autem aliquis dicat quoniam omnes desiderant apparens bonum, phantasie autem non sunt domini; sed qualis unusquisque est, talis et finis videtur ei. Si quidem igitur sibi unusquisque habitus est causa aliqualiter, et phantasie erit aliqualiter ipse causa. Si autem non, nullus sibi causa est eius quod est male facere, sed propter ignorantiam finis hec operatur, per hec existimans sibi optimum fore. Finis autem desiderium non spontaneum, sed innasci oportet, quemadmodum visum habentem quo iudicet bene, et quod secundum veritatem bonum eliget. Et est bene natus cui hoc bene innatum est. Quod enim maximum et optimum et quod ab altero non possibile accipere neque discere, sed quale innatum, tale habebit. Et quod bene et optime hoc innatum esse, perfecta et vera erit utique bona natura. Si utique hec sunt vera, quid magis virtus quam malicia erit voluntarium? Ambobus enim similiter, bono et malo, finis natura vel qualitercumque videtur et iacet, reliqua autem ad hunc referentes operantur qualitercumque. Sive utique finis non natura unicuique videtur qualiscumque, sed quid et propter ipsum, sive finis quidem naturalis, in reliquis autem operando voluntarie studiosum, virtus voluntarium utique erit; similiter enim et malo existit quod propter ipsum in operationibus et si non in fine. Si igitur, quemadmodum dicitur, voluntarie sunt virtutes (etenim habituum concause quodammodo ipsi sumus, et in qualesquidem existendo finem talem ponimus), voluntarie et malicie utique erunt; similiter. Communiter quidem igitur de virtutibus dictum est nobis et genus typo, quoniam medietates sunt et quoniam habitus, et a quibus fiunt, quoniam harum operatrices secundum se, et quoniam in nobis et voluntarie, et sic ut utique recta ratio preceperit. Non similiter autem operationes voluntarie sunt et habitus. Operationum quidem enim a principio usque ad finem domini sumus scientes singularia, habituum autem principii, adiectio non cognita, quemadmodum in egritudinibus. Sed quoniam in nobis erat sic vel non sic uti, propter hoc voluntarie. Resumentes utique de unaquaque dicemus que sunt et circa que et qualiter. Simul autem erit manifestum et quot sunt. Et primum de fortitudine.

Quoniam quidem igitur medietas est circa timores et audacias, et iam prius dictum est. Timemus autem palam quod terribilia, hec autem sunt ut simpliciter dicere mala. Propter quod et timorem determinant expectationem mali. Timemus quidem igitur omnia mala, puta malam opinionem, inopiam, egritudinem, inimicitiam, mortem; sed non circa omnia videtur fortis esse. Quedam enim oportet timere et bonum, non timere autem malum, puta malam opinionem. Et quidem timens honestus et verecundus, qui autem non timet inverecundus. Dicitur autem a quibusdam fortis secundum metaphoram; habet enim aliquid simile forti. Impavidus enim quis et fortis. Inopiam autem forsitan non oportet timere neque egritudinem, neque universaliter quecumque non a malicia neque propter se ipsum. Sed neque qui circa hec impavidus fortis. Dicimus autem et hunc secundum similitudinem. Quidam enim in bellicis periculis timidi existentes liberales sunt et ad pecuniarum emissionem bene audacter habent. Neque utique si quis iniuriam circa pueros vel uxores timet vel invidiam vel aliquid talium timidus est. Neque si audet flagellandus fortis. Circa qualia igitur terribilium fortis? Vel circa maxima? Nullus enim magis sustinet pericula. Terribilissimum autem mors; terminus enim, et nichil adhuc mortuo videtur neque bonum neque malum esse. Videbitur autem utique neque circa mortem que in omni fortis esse, puta in mari vel in egritudinibus. In quibus igitur? Vel in optimis? Tales autem que in bello. Concertes a hiis sunt et honores in civitatibus et apud monarchas principali.

dicetur utique fortis qui circa bonam mortem impavidus, et quecumque mortem inferunt repentina existencia. talia autem maxime que secundum bellum. Sed adhuc in mari et in egritudinibus impavidus qui fortis. non sic autem ut marinarii. hii quidem enim desperaverunt salutem et mortem talem abhominantur, hii autem bene sperantes sunt propter experienciam. Similiter autem et viriliter agunt in quibus est fortitudo vel bonum mori. In talibus autem corrupcionibus neutrum existit. Terribile autem non omnibus quidem idem. Dicimus autem quoddam et super hominem. hoc quidem igitur omni terribile intellectum habenti. que autem secundum hominem differunt magnitudine et eo quod magis et minus. Similiter autem et ausibilia. fortis autem instupefactibilis ut homo. timebit quidem igitur et talia ut oportet autem et ut ratio sustinebit boni gratia. hoc enim finis virtutis. Est autem magis et minus hec timere, et adhuc non terribilia ut talia timere. Fit autem peccatum hoc quidem quia quod non oportet, hoc autem quia non ut oportet, hoc autem quia non quando, vel aliquid talium. Similiter autem et circa ausibilia. Qui quidem igitur que oportet et cuius gratia sustinet et timet, et ut oportet et quando, similiter autem et audet, fortis. Secundum dignitatem enim et ut utique ratio patitur et operatur fortis. Finis autem omnis operacionis est qui secundum habitum. et forti autem fortitudo bonum. talis autem et finis. determinatur enim unumquodque fine. boni utique gratia fortis sustinet et operatur que secundum fortitudinem. Superhabundancium autem qui quidem in impavidita innominatus. Diximus autem nobis in prioribus quoniam multa sunt innominata. Erit autem utique aliquis insanus vel sine sensu doloris, si nichil timeat, neque terre motum neque inundaciones, quemadmodum aiunt celtas. Qui autem in audendo superhabundat circa terribilia, audax. Videtur autem et iactator esse audax, et fictor fortitudinis. Ut enim ille circa terribilia habet, sic iste vult videri. In quibus igitur potest, imitatur. Propter quod et sunt multi ipsorum audaces timidi. In hiis enim audentes terribilia non sustinent. Qui autem in timendo superhabundat, timidus. etenim que non oportet et ut non, et omnia talia sequuntur ipsum. deficit autem et in audendo. Sed in tristiciis superhabundans magis manifestus est. Desperans utique quis timidus. omnia enim timet. Fortis autem contrarius. In audendo enim bone spei est. Circa hec quidem igitur est et timidus et audax et fortis. Differenter autem habent ad hec. hii quidem enim superhabundant et deficiunt, hic autem medie habet, et ut oportet. Et audaces quidem provolantes, et volentes ante pericula, in ipsis autem discedunt. fortes autem in operibus acuti, prius autem quieti. Quemadmodum igitur dictum est, fortitudo medietas est circa ausibilia et terribilia in quibus dictum est, et quoniam bonum desiderat et sustinet, vel quoniam turpe non. Mori autem fugientem inopiam vel cupidinem vel aliquid triste, non fortis, sed magis timidi. Mollicies enim fugere laboriosa, et non quoniam bonum sustinet, sed fugiens malum. Est quidem igitur fortitudo tale quid.

Dicuntur autem et alie secundum v modos. Primum quidem politica. maxime enim assimilatur. Videntur enim sustinere pericula cives propter eas que ex legibus increpaciones et opprobria, et propter honores. et propter hoc fortissimi videntur esse apud quos timidi inhonorati, fortes autem honorati. Tales autem et Homerus facit, puta Diomeden et Hectora. Polydamas michi primum redargucionem imponet. et Diomedes: Hector enim aliquando dicet in Troianis concionans: Tydides a me. Assimilatur autem hec maxime que prius dicte, quoniam propter virtutem fit. propter verecundiam enim et boni desiderium, honoris enim gratia, et fugam opprobrii turpis existentis. Ponet autem utique aliquis et a principibus coactos in idem. Deteriores autem quanto, quanto non propter verecundiam sed propter timorem

Deinde cum dicit: Similiter utique bone spei etc. ponit quintum modum fortitudinis, secundum quod aliqui ducuntur propter spem.
Et circa hoc tria facit. Primo proponit hunc modum. Secundo comparat ad veram fortitudinem, ibi: Similes autem etc. Tertio infert quamdam
conclusionem ex dictis ibi: Propter quod et fortiores etc. Dicit ergo primo quod similiter [illegible] sunt illi qui propter [illegible] sunt
fortes. Neque enim illi qui propter solam spem victorie audent videntur fortes, [illegible] illi qui propter multa fortuna aliquando non sunt ve-
hementer [illegible] differunt ab aliis quia propter hoc quod multotiens in periculis vincentes confidunt [illegible] aliqua
victoria optime non [illegible] cum periculum quandoque [illegible] experientiam sine [illegible]. Hoc non pertinet ad hunc modum fortitudinis.
sola fiducia quam ex frequentibus victoriis acceperunt.

.h. Deinde cum dicit: Similes autem etc. comparat hanc fortitudinem ad veram fortitudinem. Et dicit quod illi qui sic sunt bene sperantes
similes sunt vere fortibus, quia ambo sunt audaces in periculis, audacter aggredientes non autem [illegible] audax dicatur
ad modum. Sed differunt quia fortes audacter aggrediuntur propter [illegible]. Sed ex electione et propter bonum. Sed isti qui sunt
bone spei aggrediuntur audacter propter hoc quod estimant se esse meliores in pugna et non se passuros contra-
ab alio. Et est simile de inebriatis qui in multiplicatione spiritus propter vinum efficiuntur bone spei. Sed quando talibus
non accidunt ea que sperant, non persistunt sed fugiunt. Sed [illegible] est fortis ut sustineat propter bonum vel ad vi-
tandum turpitudinem inhonestum ea que sunt homini terribilia et vere videntur. Et non solum que apparent.

.i. Deinde cum dicit: Propter quod et fortioris etc. infert quamdam conclusionem ex dictis. Quia enim ad fortem pertinet ex inclinatione
[illegible] terribilia sustinere, magis videtur esse fortis qui in repentinis mortibus non timet neque perturbatur
quam si hoc accidat in his que sunt prius manifesta. Magis enim videtur esse ab habitu in quantum minus videtur se preparasse ad talia
sustinenda. Ea enim que sunt manifesta potest quis eligere per rationem et deliberationem etiam contra inclinationem habitus vel passionis.
Illa autem non tam vehemens inclinatio habitus vel passionis cum ratio non possit resistere dum [illegible] hoc habet rationis
[illegible] per quem se habet ad opposita. Sed in repentinis homo non potest deliberare. Unde videtur quod ex interiori inclinatione agat habitus.

.k. Deinde cum dicit: Fortes autem videntur etc. ponit quintum modum fortitudinis non vere. Et dicit quod illi qui ignorant pericula
videntur esse fortes. Quidam scilicet audacter aggrediuntur ea que sunt periculosa, sed eas non videant et non longe distant ab
illis qui sunt fortes propter bonam spem. Sunt autem non estimabiles, ea quod ipsi aggrediuntur esse semper et in se ipsis periculosa. Sed in hoc differunt quod ignorantes
deteriores illis qui sunt bone spei, quando ullam dignitatem habent. Sed ex solo defectu sciendi ad pericula currunt. Illi
autem qui sunt bone spei habent aliquam dignitatem in quantum propter consuetudinem vincendi bene de se confidunt. Et ideo illi
qui sunt bone spei et postquam cognoscant pericula permanent ad aliquod tempus. Sed illi qui per ignorantiam sunt fortes statim cum cognoscant aliud esse quam suspicabantur, fugiunt, quod passi sunt
Argivi qui incidunt quamdam timorem [illegible] et dum putaverunt Sicyonios pugnare qui erant aliqui cives
eis infirmiores inciderunt in quosdam alios fortiores. Relatum autem concludit quod hi de quibus dictum est
videntur esse fortes propter aliquam similitudinem, non quod vere sint fortes.

·l· L· Deinde cum dicit. Et hi quidem igitur et cetera. explanat quae dicta sunt concludens ex predictis quod circa predictas passiones scilicet timores et audacias fortis
scilicet disponit se habitum ad eas. non audax et timidus se habuerunt et deficiunt in audendo et timendo. sed fortis medio modo se habet in hiis sicut dictum est
·M· secundum rectam rationem. ¶ Deinde cum dicit. Audaces quidem et cetera. ostendit fortitudinem ad quandam differentiam. et primo ostendit dictam fortis ad audaciam [illegible]
ad eum qui mortem sustinet propter vitandas aliquas molestias. i. Quadmodum igitur dictum est et cetera. timida autem in illo videntur eundem [illegible]
[illegible]. et hi non timent dicitur autem inter eos alligare. dicit quod preter quod audaces ante pericula sunt prevolantes .i. veloces et avidi
ad ipsa euntes et moventur ex impetu passionis preter voluntatem. quando autem sunt in ipsis periculis discedunt quia motus passionis perdent
videntur a difficultatibus imminentibus. sed fortes quando sunt in ipsis operibus difficilibus sunt acuti. quia idem volunt ex quo agunt non vincuntur ab aliqua difficultate
sed prius quando pericula veniant sunt quieti. quia non agunt ex impetu passionis sed ex deliberatione voluntatis.
N. Deinde cum dicit. Quadmodum igitur et cetera. ostendit dictam ad eum qui sustinet mortem ut vitet molestias. et dicit quod sicut dictum est quod fortitudo est medietas
circa audacias et timores quae sunt mala et in quibus dictum est scilicet in periculo mortis. et desiderat operari virtuose. et sustinet talia pericula ut eveniet aliquod
bonum scilicet honestum. vel ut fugiat aliquod turpe scilicet inhonestum. Sed quod autem moriar sed ipsum manu inferens vel ab alio mortem inlatam libenter
placens ad fugam inopiam vel cupidinem aliquam vel aliquid quod non potest ferre. et quicquid est aliud quod ingerit tristitiam non pertinet ad fortem sed magis ad timidum
dupliciter vero. primo quia quod fugere vult est quaedam mollities animi contraria fortitudini, quia quis non potest sustinere laboriosa et tristia. secundo quia non sustinet mortem propter
bonum honestum sicut fortis sed fugit malum tristabile. Videtur autem concludere quod ex predictis potest scire quid sit fortitudo.
·O· ¶ Sunt autem et aliae quinque modi et cetera. postquam philosophus determinavit quid sit actus verae fortitudinis et oppositorum vitiorum. hic determinat de quibusdam quae habent
actum similem fortitudini. sed deficiunt a vera fortitudine. et quod quinque modos ponit. Cum enim ad fortitudinem sit verus modus ad quem requiritur tenere. et propter hoc
eligere propter quod ad electionem fortitudinis triplex actus fortitudinis deficit uno modo quia non operatur sciens. et sic est primus modus non verae fortitudinis. secundum quod
fortis propter gratiam. quod vero quia non operatur electione sed ex passione. sive sit passio impellens ad pericula sustinenda sicut ira sive passio excitans
alia a timore sicut est spes. et sic sumuntur duo modi non verae fortitudinis. quod vero deficit a vera fortitudine ex eo quod aliter est electione quidem
operatur sed non eligitur quod eligit fortis. scilicet pericula sustinere dum propter amorem [illegible] non est periculum intelligere eligere sicut autem in
militibus autem in quibus quis non eligit pericula sustinere. sed non propter illum finem quod eligit fortis. sed propter honores vel penas quae a principibus civitatum
proponuntur. secundum hoc quod ita patet in quinque partes. In prima parte determinat de hac fortitudine politica sive civili. In secunda de fortitudine militari. i.
[illegible] aut et experientia et cetera. In tertia parte de fortitudine quae est propter iram. i. et furore at similiter fortitudinem. In quarta parte de fortitudine quae est propter spem. i.
Neque utique bone spei et cetera. In quinta de fortitudine quae est propter ignorantiam. i. Fortes autem videntur et ignorantes et cetera. circa primum primo ponit tres gradus
politicae fortitudinis. quorum primus est eorum qui sustinent pericula propter honorem. secundus eorum qui sustinent propter timorem penarum. i. Ponet autem utique et cetera
tertius eorum qui aggrediuntur et sustinent periculosa propter pluriorem coactionem. i. et quae paparum et cetera. circa primum tria facit. primo ponit hunc gradum
fortitudinis. et dicit quod circa fortitudinem vera dicuntur quaedam alia fortitudines secundum quinque modos. primus locum inter eas tenet fortitudo politica quae maxime assimilatur verae
fortitudini. et dicit quod cives sustinent pericula non vitent improperiones et obprobria quae secundum statuta legum civilium inferuntur timidis et sic adipiscantur
honores. quia secundum easdem leges fortibus exhibentur. et inde est quod apud illas civitates in quibus timidis adhibentur vituperia. fortibus
autem honores inveniuntur viri fortissimi secundum fortitudinem. unam propter aliam. ego. i. Tales autem et cetera. inducit quod ex homero quod
describens troianum bellum inducit tales fortes scilicet propter honores et vituperia. puta dyamedem ex parte grecorum. et hectorem ex parte
troianorum. inducit enim hectorem dicentem hec verba. Polidamas. i. dux quidam troianorum. primus redargutionem imponet. i. primo me
redarguet non fortiter egisse. et dyomedes dicebat se ipsum exhortans ad fortiter agendum. hector sermocinando apud troianos
dicet me laudans se et me vituperans. thicides. i. dyomedes qui sic nominatur a patre a me scilicet fugatus vel victus est
i. assimilatur autem et cetera. ostendit quod dicitur. scilicet ista fortitudo maxime assimilatur ei de qua supra dictum est. quod fit propter honorem. i. honesti desiderium
scilicet propter politicae fortitudines fit propter verecundiam quae talis est de qua in quarto. scilicet ad fugiendum obprobria. et sic propter honorem sit propter honorem
in quantum est fortitudo quae propter honorem quae est testimonium honestatis. et ideo hic exponens dicit quod hic fortitudo sit propter honorem
et propter fugam obprobrii quod turpe est. quia igitur honor propinquum est ad bonum honestum et vituperium turpi et in
honesto. tamen est quod ista fortitudo propinqua est verae fortitudini quae intendit honestum et fugit inhonestum.

·P· ·¶ Deinde cum dicit. Ponet autem aliquis et cetera. ponit secundum gradum fortitudinis politicae qui est propter timorem penae. et dicit
quod ad eundem modum politicae fortitudinis possunt reduci illi qui sunt fortes propter hoc quod timore penarum coguntur a principibus civitatis
sunt tamen deteriores prioribus in quantum non agunt fortiter propter verecundiam sed propter timorem penae. et hoc est quod subdit
quod non fugiunt turpe. i. inhonestum. sed triste aliquid. i. dolorosum vel damnosum ex quo aliquid constat. propter hoc enim dominus
cogunt suos subditos fortiter pugnare. sicut secundum homerum hector troianis comminabatur dicens quem intelligam
fugientem sine bello. i. sine hoc quod fortiter pugnet. non male validabo eum quod non erit sufficiens ad fugiendum canes.

[illegible]

// preparacionibus

B

¶ Deinde cum dicit. Milites autem timidi etc. [illegible]

id operantes et fugientes non tamen sic triste. Cogunt enim, quemadmodum Hector: Quem autem ego sine bello timentem intelligam, non sibi sufficiens erit fugere canes. Et qui precipiunt, et si recedant, percucientes idem operantur, et qui ante fossas et talia preordinant; omnes enim cogunt. Oportet autem non propter necessitatem fortem esse, sed quoniam bonum. Videtur autem et experiencia que circa singula fortitudo esse. Unde et Socrates existimavit scienciam esse fortitudinem. Tales autem alii quidem in aliis, in bellicis autem milites. Videntur enim multa esse inania belli, que maxime conspexerunt isti. Videntur utique fortes quoniam non sciunt alii qualia sunt. Deinde facere et non pati maxime possunt ex experiencia, et custodire se et percutere potentes, uti armis et talia habentes qualia utique erunt et ad facere et ad non pati fortissima. Quemadmodum inermibus igitur armati pugnant, et athlete ydiotis. Etenim in talibus agonibus non fortissimi pugnatores sunt, sed maxime potentes et corpora optima habentes. Milites autem timidi fiunt quando superextenditur periculum, et deficiunt multitudinibus et preparacionibus. Primi enim fugiunt, civilia autem permanencia moriuntur, quod et in Hymeon contigit. Hiis quidem enim turpe fugere, et mors tali salute eligibilior. Hii autem et ex principio periclitabantur ut meliores existentes; cognoscentes autem fugiunt, mortem magis turpi timentes. Fortis autem non talis. Et furorem autem super fortitudinem inferunt. Fortes enim esse videntur et qui propter furorem, quemadmodum fere in vulnerantes ferentes, quoniam et fortes furiosi. Impetuosissimum enim furor ad pericula. Unde Homerus: virtutem immisit furori, et virtutem et furorem excitavit, et austerum autem per nares virtutem, et ebullivit sanguis. Omnia enim talia videntur significare furoris excitacionem et impetum. Fortes quidem igitur propter bonum operantur, furor autem cooperatur eis. Fere autem propter tristiciam. Propter vulnerari enim, vel propter timere, quia si in silva vel in palude essent non adveniunt. Non utique sunt fortes a dolore et furore impulse ad periculum, nichil periculorum providentes. Quia sic et asini fortes erunt esurientes; percussi enim non desistunt a pascua. Et adulteri propter concupiscenciam audacia multa operantur. Non utique sunt fortia per dolorem vel furorem impulsa ad periculum. Naturalissima autem videtur que propter furorem esse, et superaccipiens eleccionem et cui gratia fortitudo esse. Et homines utique irati quidem dolent, punientes autem delectantur. Qui autem propter hec pugnaces quidem, non fortes autem; non enim propter bonum, neque ut racio, sed propter passionem. Simile autem habent aliquid. Neque utique bone spei existentes fortes; propter multociens enim et multos vicisse confidunt in periculis. Consimiles autem, quoniam ambo audaces; sed fortes quidem propter predicta audaces, hii autem propter existimare meliores esse et nichil contrarium pati. Tale autem faciunt et inebriati; bone spei enim fiunt. Quando autem ipsis non accidit talia, fugiunt. Fortis autem erat terribilia homini existencia et apparencia sustinere, quoniam bonum, turpe autem non. Propter quod et fortioris videtur esse in repentinis timoribus impavidum et inturbatum esse quam in premanifestis. Ab habitu enim magis, vel quia minus ex preparacione. Premanifesta quidem enim et si ex racione et cogitacione aliquis preeligat, repentina autem secundum habitum. Fortes autem videntur et ignorantes, et sunt non longe ab hiis qui bone spei, deteriores autem quanto dignitatem nullam habent. Illi autem. Propter quod et permanent per aliquod tempus. Hii autem decepti si cognoverint quoniam aliud est quam suspicantur, fugiunt; quod Argivi paciebantur incidentes

C

¶ Et furorem autem super fortitudinem etc. [illegible]

D

¶ Deinde cum dicit. Fortes [illegible]

E

¶ Deinde cum dicit. Fere autem propter tristiciam etc. [illegible]

F

¶ Deinde cum dicit. Et homines utique irati etc. [illegible]

[illegible]

latronibus ut silvanis. et fortes utique videntur tales quidam et existimantur fortes. Circa audacias quidem et timores fortitudo existens non similiter circa ambo est sed magis circa terribilia. In his enim non conturbatus et circa hec ut oportet habens fortis magis quam circa audacias. In sustinendo utique tristia ut dictum est et fortes dicuntur. propter quod et tristis fortitudo et iuste laudatur. Difficilius enim ut dictum est tristia sustinere quam a delectabilibus abstinere. Sed adhuc videbitur utique esse que secundum fortitudinem finis delectabile ab his autem que circa evanescere quale et gymnasticis agonibus fit. pugilibus enim finis quidem delectabile cuius gratia corona et honores. percuti autem dolorosum siquidem carnales et triste omnis labor. propter multa autem hec esse parvum existens cuius gratia nichil delectabile videtur habere. Si utique tale est et que circa fortitudinem mors quidem et vulnera tristia forti et nolunt aria erunt. sustinet autem hec quoniam bonum vel quoniam turpe non. Et quanto utique virtutem habuerit omnem et felicior fuerit magis in morte tristior erit. tali enim maxime vivere dignum et iste maxime bonis privatur sciens. triste autem hoc. Sed nichil minus fortis. forsitan autem et magis quoniam in bello bonum pro illis eligit. Non utique autem in omnibus virtutibus delectabiliter operari existit. nisi in quantum finem attingit. Milites autem nichil forsitan prohibet non tales esse optimos. sed eos qui minus quidem fortes. aliud autem bonum nullum habentes. parati quidem isti ad pericula et vitam ad parva lucra permutant. De fortitudine quidem igitur in tantum dictum sit. quid autem est non difficile typo accipere ex his que dicta sunt.

[illegible]

Post hanc de temperantia dicamus. Videntur enim irrationabilium partium hee esse virtutes. quoniam quidem igitur medietas est circa delectationes temperantia dictum est. minus enim et non similiter et circa tristicias. In his autem et intemperantia videtur. circa quales igitur delectationes nunc determinemus. Determinentur autem animales et corporales. puta amor honoris amor discipline. Uterque enim horum gaudet cuius amativus est non paciente corpore sed mente magis. Qui autem circa tales delectationes non temperati neque intemperati dicuntur. Similiter autem neque qui circa alias quecumque non corporales sunt. amatores enim fabulatuum et narratores. et de contingentibus terentes dies. garrulos et intemperatos autem non dicimus. neque contristatos in pecuniis vel amicis. Circa corporales autem erit utique temperantia. Sed non omnes autem neque has. qui enim gaudent his que per visum. puta coloribus et figuris et pictura neque temperati neque intemperati dicuntur. quamvis videatur utique et ut oportet gaudere et hiis. et secundum superhabundantiam et defectum. Similiter autem et in hiis que circa auditum superhabundanter enim gaudentes melodiis et ypocrisi nullus intemperatos dicit. neque eos qui ut oportet temperatos. Neque eos qui circa odorem. preter secundum accidens gaudentes enim malorum vel rosarum vel thymiamatum odoribus non dicimus intemperatos sed magis eos qui unguentorum et pulmentorum gaudent. enim intemperati quoniam per hec rememoratio fit eis concupiscibilium. videbitur autem utique aliquis et alios quando esuriunt gaudentes ciborum odoribus. talibus autem gaudere intemperati. huic enim concupiscibilia hec. Sed non est autem neque aliis animalibus secundum hos sensus delectatio. preter secundum accidens. neque enim odoribus leporum canes gaudent. sed cibatione. sensum autem odor fecit. neque leo bovis. sed comestione quoniam prope est per vocem sensit. Et gaudere utique hac visus est neque videns neque inveniens cervum vel agrestem capram. sed quoniam cibum

[illegible]

¶ Cum autem dicit. delectantur et cetera. distinguit delectationes et dicit quod delectationum quedam sunt animales quedam corporales. Animales quidem delectationes sunt quarum causa in quadam rationali passione existens. Et tales non delectationes sunt quas sumimus ex sola apprehensione interiori et exemplificat de talibus dicens a causa delectationis que est amor. unusquisque enim ex hoc delectatur quod habet id quod amat. Iuvenis autem magnum amorem honoris et invidia amor disciplinae que non apprehenduntur exteriori sensu sed interiori apprehensione animae. Ex utroque enim horum [illegible] et ille qui est amator honoris et ille qui est amator disciplinae gaudens propter id quod habet. dicit quod habet ipsum et hoc gaudium non est per aliquam corporalem passionem sed per solam apprehensionem mentis.

¶ Deinde cum dicit. Circa autem tales et cetera. ostendit quod circa tales delectationes non est temperantia [illegible] alias delectationes [illegible] in hunc quidam spem honestatis sicut honor et disciplina sunt pauci [illegible] et ideo dicit et circa huiusmodi delectationes non dicuntur aliqui temperati vel intemperati quia temperantia et intemperantia videntur respicere delectationes corporales. [illegible] circa delectationes honoris et disciplinae quae sunt media et extrema [illegible] ut patebit in quarto. Secundo ibi. Similiter autem et cetera. ponit quod circa alias delectationes quae consistunt in dictis vel factis hominum et dicit quod sicut temperantia non est circa delectationes honoris et disciplinae ita etiam non est circa alias delectationes quae non sunt corporales. Illos enim qui amant audire fabulas et recitare [illegible] vel expendunt in quibuscumque contingentibus dies vel facta [illegible] neque utilibus dicimus garrulos sed non dicimus eos temperatos vel intemperatos [illegible] non solum habent vanitatem sed [illegible]. Tertio ibi. Neque contristatos in pecuniis et cetera. ponit aliam delectationem [illegible] qui immoderate contristantur in tribulatione pecuniae [illegible] non dicimus intemperatos sed [illegible] sola [illegible] apparet. Et ex hoc concludit quod [illegible] temperantia non est circa genus illud delectationum quae sunt circa delectationes corporales.

¶ Deinde cum dicit. Circa corporales autem et cetera. ostendit quod temperantia non sit circa omnes delectationes corporales sed circa aliquas. Et primo ostendit quod temperantia non sit circa delectationes [illegible] quae per exterius medium sentiuntur. Secundo ostendit quod sit circa delectationes duorum sensuum qui sentiunt per medium coniunctum [illegible] et cetera. Circa primum tria facit. Primo ostendit quod temperantia non sit circa delectationes [illegible] sensus. Secundo ostendit quod huiusmodi delectationes non conveniunt aliis [illegible] et cetera. [illegible] quandam conclusionem ex dictis. Circa tales et cetera. Circa primum tria facit. Primo ostendit quod temperantia non sit circa delectationes visus [illegible] et dicit quod temperantia non sit circa delectationes corporales quae fiunt per exteriores sensus [illegible] qui delectantur in visibilibus non dicuntur temperati vel intemperati. Et exemplificat de coloribus [illegible] quae sunt sensibilia propria visus sicut colores. [illegible] autem sunt sensibilia communia [illegible] visui magis cognoscuntur sicut figurae. [illegible] autem sunt sensibilia per accidens sicut [illegible] per sensum [illegible] non dicimus quod [illegible] et in [illegible] delectationes sicut [illegible] et cetera [illegible] pertinet ad curiositatem quae est intemperantia [illegible] delectationes vehementiores. Secundo ibi. Similiter autem et cetera. ostendit quod temperantia non est circa delectationes quae sunt auditus et dicit [illegible] et in delectationibus quae sunt circa auditum quia [illegible] circa eas non est temperantia vel intemperantia. [illegible] in melodiis [illegible] humanae vocis et [illegible] in similitudine humanae vocis quae fit per musica instrumenta [illegible] gaudeat vel superabundanter vel [illegible] ex hoc dicitur temperatus vel intemperatus [illegible] sunt valde vehementes delectationes [illegible] pertinet ad [illegible] vel vitium [illegible]. Tertio ibi. [illegible] et cetera. [illegible] quod temperantia non sit circa delectationes olfactus [illegible] et sunt in [illegible] et sensatio [illegible] species odorum [illegible] distinguit [illegible] quae [illegible] species [illegible] et dicit quod neque illos dicimus temperatos vel intemperatos qui delectantur in odoribus [illegible] sed solum si delectantur [illegible] per accidens [illegible] quod incidunt odores cum delectabilibus gustus et tactus [illegible] gaudent odoribus pomorum vel rosarum et [illegible] qui sunt species odorum [illegible] non dicimus intemperatos sed illos qui delectantur in odoribus [illegible] quibus utuntur [illegible]. In his enim delectantur intemperati propter memoriam [illegible] et hoc [illegible] per exemplum eorum qui esuriunt qui gaudent odoribus ciborum in quibus non delectantur cum sunt repleti. Et sic patet quod non delectantur in odoribus [illegible] per accidens. [illegible] gaudere odoribus pertinet ad intemperantiam [illegible] sunt concupiscibilia ea quae per [illegible].

¶ Deinde cum dicit. Non enim est neque in aliis et cetera. ostendit quod delectationes praedictorum sensuum non conveniunt aliis [illegible] sed solum per accidens. Et dicit quod in aliis animalibus non fit delectatio secundum praedictos tres sensus nisi per accidens [illegible] in ordine ad gustum et tactum. Et hoc [illegible] in olfactu quia canes non delectantur in odore leporum propter ipsum odorem sed propter cibum quem sperant [illegible] per odorem accipiunt. Secundo ostendit idem in auditu. Et dicit quod leo non delectatur in voce bovis sed in comestione quam appropinquare per vocem cognoscit. [illegible] gaudet voce bovis sed hoc est per accidens. Tertio ostendit idem in visu. Et dicit quod leo non delectatur in aspectu cervi vel caprae [illegible] agrestis capream quam invenit [illegible] sed delectatur in spe habendi cibum. Huius autem ratio est quia appetitus aliorum animalium movetur solo instinctu naturae. Et ideo non delectantur nisi in his quae pertinent ad sustentationem naturae [illegible] aliis [illegible] dant [illegible] sensibilium ex quo [illegible] cognitionem [illegible] quae movet [illegible] appetitum. Et inde est [illegible] delectatur in ipsa sensibilium cognitione [illegible] non ordinantur ad sustentationem naturae.

·i· ¶ Deinde cum dicit intemperatus et cetera manifestat quod dixerat quod intemperatus delectationibus et tristitiis facit. scilicet actiue et temperatus [illegible] dicit quod appetit non delectabile propter se ipsum et ideo appetit et quod delectabile facit et appetit ea in quibus maxime sit delectatio [illegible] curat et [illegible] delectabile non [illegible] ut eligat delectationem et preponat que maxime sit talia sicut dictum est quod sit [illegible] honestum [illegible] aliquid non [illegible] utile et honestum [illegible] et ideo intemperatus tristatur quando non [illegible] delectationem quam concupiscit [illegible] quod non [illegible] concupiscentia est cum tristitia [illegible] videatur [illegible] inconueniens [illegible] propter delectationem tristitiam est [illegible] intemperatum propter delectationem [illegible] propter absentiam sic et [illegible] propter gubernationem [illegible]

·k· Deinde cum dicit Deficientes autem et cetera determinat de uicio opposito intemperantie [illegible] deficit circa delectationes [illegible] dicit quod non solum contingit quod aliqui deficiant circa delectationes ita ut minus gaudeant quam oportet [illegible] sanitatem et bonam habitudinem [illegible] et ad delectationem [illegible] non est humana [illegible] quod [illegible] alii

[inferunt] delectant [illegible] autem non [illegible] et sic accepte aliquas delectationes [illegible] ad [illegible] non [illegible] si ad sit et [illegible] sic delectatio [illegible] longe a natura humana [illegible] non [illegible] non autem ad hoc [illegible] quod aliquis a delectationibus abstineat propter aliquem finem utile uel honestum sicut negotiatores propter lucrum et milites propter uictoriam [illegible] ad [illegible] defectus.

·l· ¶ Deinde cum dicit Temperatus et cetera dicit quomodo temperatus se habeat circa predictam [illegible] et circa hoc duo facit. primo dicit a quibus temperatus abstineat. secundo [illegible] quibus utitur [illegible] quecumque autem ad sanitatem [illegible] quod temperatus medio modo se habet circa predicta [illegible] circa delectationes et tristitias [illegible] concupiscentia [illegible] quantum ad delectationes non delectatur in illis [illegible] in quibus maxime delectatur intemperatus [illegible] magis tristatur si [illegible] ad tale [illegible] non delectatur in quibus non oportet neque [illegible] uehementer delectatur [illegible] oportet [illegible] habundat [illegible] ad [illegible] non [illegible] in absentia delectationis [illegible] autem quantum ad concupiscentiam non concupiscit delectationes absentes [illegible] curat de eis [illegible] concupiscit ea cum debita mensura [illegible] non excedit [illegible] concupiscentes [illegible] excedit.

·m· Deinde cum dicit Quecumque autem et cetera [illegible] que uero temperatus [illegible] delectationes expediunt sanitati [illegible] ad bonam habitudinem [illegible] sit propter [illegible] et expediunt ad ea [illegible] temperatus appetit [illegible] debitam mensuram [illegible] oportet. [illegible] autem sunt [illegible] delectabilia que non sunt necessaria [illegible] appetit ea temperatus [illegible] obseruata [illegible] non sunt impedimenta sanitatis et bone habitudinis [illegible] superfluus [illegible] non sunt [illegible] bonum [illegible] honestatem sicut est delectatio adulterii [illegible] non excedit [illegible] facultatem hominis [illegible] cibariis nimis sumptuosis [illegible] qui sic se habeat ut appetat delectabiles impedientes sanitatem et bone habitudinis [illegible] honestati uel excedentes diuitias suas magis amat delectationes quam dignum sit [illegible] temperatus qui amat eas secundum rationem rectam.

·n· Voluntario autem magis assimilatur et cetera [illegible] delectationes [illegible] de actu temperantie et oppositorum uiciorum [illegible] comparat intemperantiam [illegible] timiditati [illegible] ad uitia predicta [illegible] intemperantia et cetera circa primum duo facit. primo ostendit quod intemperantia plus habeat de uoluntario quam timiditas [illegible] uoluntarium in utroque modo [illegible] et cetera circa primum duo facit. primo ostendit quod intemperantia plus habeat de uoluntario quam timiditas [illegible] et cetera dicit primo quod intemperantia magis assimilatur uoluntario quam timiditas [illegible] plus habet de uoluntario [illegible] ad uoluntarium et inuoluntarium [illegible] delectationem [illegible] uoluntarie agit [illegible] autem in eo quod est inuoluntarium [illegible] autem quod intemperatus [illegible] propter delectationem quam concupiscit timidus autem agit propter tristitiam quam fugit [illegible] duorum delectatio est delectabilis [illegible] non solum delectatio [illegible] qui delectationem actualiter fruitur [illegible] qui delectationem querit propter spem delectationis consequende tristitia autem est fugienda [illegible] inuoluntaria et sic manifestum est quod intemperatus mouetur ab eo quod est [illegible] uoluntarium timidus autem mouetur ab eo quod est fugiendum et in uoluntarium [illegible] attendit ad uoluntarium intemperatus quam timidus. Secundam rationem ponit [illegible] et tristitia quod [illegible] [illegible] quod erat inuoluntarium quod tristitia consequitur [illegible] et nocuum [illegible] tristitia stupefacit et corrumpit [illegible] quod habet tristitiam [illegible] homines ex tristitia impediuntur a propria operatione [illegible] delectatio [illegible] non corrumpit [illegible] delectationes non stupefacit nec corrumpit [illegible] delectatur ex quo [illegible] intemperatus [illegible] propter delectationem plus habet de uoluntario quam timor qui mouetur propter tristitiam.

·o· ¶ Deinde cum dicit [illegible] et cetera [illegible] quod uoluntario debetur laus in bonis et uituperium in malis [illegible] intemperatus sit [illegible] quam uicium timiditatis [illegible] habet magis de uoluntario [illegible] et cetera [illegible] ad uicium est magis [illegible] facile uitare [illegible] et [illegible] assuescere [illegible] facile est autem assuescere bene operari in his [illegible] temperantia [illegible] et potum et [illegible] in uita humana [illegible] occasio assuescendi bene operari [illegible] assuescit bene operari in talibus [illegible] non habet periculum [illegible] magis periculum [illegible] abstineat [illegible] delectationibus [illegible] timidus [illegible] raro occurrunt bellica pericula et [illegible] periculosum [illegible] quod [illegible] intemperantia quam timiditas.

[Left margin, beside paragraph o: Fla]

Deinde cum dicit [illegible]

Deinde cum dicit [illegible]

[illegible]

hebit. Circa tales utique delectationes temperancia et intemperancia sunt quibus et reliqua animalia communicant, unde serviles et bestiales videntur. Hee autem sunt tactus et gustus. Videntur autem et gustu in parum vel nichil uti. Gustus enim est iudicium saporum, quod faciunt qui vina probant et pulmentaria condiunt. Non multum autem gaudent hiis, vel non intemperati, sed usu qui fit omnis per tactum, et in cibis et potibus et veneriis dictis. Propter quod et oravit quidam philosophus erixius pulmentum vorator existens guttur ipsius longius gruis fieri, ut delectatus tactu. Communissimus autem sensuum tactus secundum quem intemperantia. Et videbitur utique iuste exprobrabilis esse, quoniam non secundum quod homines sumus existit, sed secundum quod animalia. Talibus utique gaudere et maxime diligere bestiale. Et enim liberalissime excluse que per tactum delectationum, puta que in gymnasiis per tritionem et calefactionem fiunt. Non enim circa omne corpus intemperati tactus, sed circa quasdam partes. Concupiscentiarum autem hee quidem communes videntur esse, hee autem proprie et apposite. Puta quidquid naturalis. Omnis enim concupiscit qui indigens siccum vel humidum cibum, quandoque autem ambos, et lectum inquit Homerus iuvenis et vigens. Hoc autem vel hoc non adhuc omnis, neque eosdem. Propter quod videtur nostrum esse. Sed tamen adhuc differens habet aliquid. Alia enim aliis sunt delectabilia, et quedam quibusdam delectabiliora contingentibus. In naturalibus quidem concupiscentiis pauci peccant et in unum, in plus. Comedere enim quecunque contingunt vel bibere usque quo utique superimpleantur, superhabundare est secundum quantitatem nature. Repletio enim indigentie naturalis concupiscentia. Propter quod dicuntur isti gastrimargi, preter indigentiam replentes ventrem. Tales autem fiunt qui multum bestiales. Circa proprias autem delectationes multi et multipliciter peccant. Eorum enim qui amatores talium dicuntur vel in gaudendo quibus non oportet, vel in magis vel ut multi, vel non ut oportet. Secundum omnia autem intemperati superhabundant. Et enim gaudent quibusdam quibus non oportet, odibilia enim, et si quibusdam oportet gaudere talium, magis quam oportet et ut multi. Circa delectationes quidem igitur superhabundantia quoniam intemperantia et vituperabile, manifestum. Circa tristicias autem non quemadmodum in fortitudine in sustinendo dicitur temperatus, neque in non intemperatus. Sed intemperatus quidem in tristando magis quam oportet quoniam delectabilia non adipiscitur, et tristiciam autem facit ei delectatio. Temperatus autem in non tristari absentia et in abstinendo a delectabili. Intemperatus quidem igitur concupiscit delectabilia omnia vel que maxime, et ducitur a concupiscentia, ut pro aliis hec eligat. Propter quod et tristatur, et deficiens et concupiscens. Cum tristicia enim concupiscentia. Inconveniens autem assimulatur propter delectationem tristari. Deficientes autem circa delectationes et minus quam oportet gaudentes non multum fiunt. Non enim humana est talis insensibilitas. Et enim reliqua animalia discernunt cibos et hiis quidem gaudent, hiis autem non. Si autem alicui nichil est delectabile neque differt alterum ab altero, longe utique erit ab homine esse. Non sortitus autem talis nomine, propter non multum fieri. Temperatus autem medie circa hec habet. Neque enim delectatur quibus intemperatus maxime, sed magis tristatur, neque universaliter quibus non oportet, neque vehementer tali nullo, neque absentibus tristatur neque concupiscit, vel moderate, neque magis quam oportet, neque quando non oportet, neque universaliter talium nullo. Quecunque autem ad sanitatem sunt vel ad bonam habitudinem delectabilia existentia, hec appetet moderate et ut oportet, et alia delectabilia non impedimenta hiis existentia, vel preter bonum vel super substantiam. Sic enim habens magis diligit tales delectationes quam dignum. Sic autem temperatus non talis, sed ut recta ratio. Voluntario autem magis assimulatur intemperantia quam timiditas. Hec quidem enim propter delectationem, hec autem propter tristitiam, quorum hoc quidem eligibile, hoc autem fugibile. Et tristicia quidem stupefacit et corrumpit habentis naturam. Delectatio autem nichil tale facit.

Deinde cum dicit [illegible]

13 [illegible]

Deinde cum dicit [illegible]

14 [illegible]

Deinde cum dicit [illegible]

Deinde cum dicit [illegible]

Sequitur

[illegible commentary]

magis autem voluntarium. Propter quod et exprobrabilius. Etenim assuescere facile ad hec. Multa enim in vita talia, et assuetudines sine periculo. In terribilibus autem e converso. Videbitur autem utique non similiter voluntarium timor esse huius que secundum singula. Hec quidem enim sine tristitia, hec autem propter tristitiam stupefaciunt, et arma proiciant, et alia deformiter faciant. Propter quod et videntur violenta esse. Intemperato autem e contrario. Que quidem secundum singula voluntaria: concupiscenti enim et appetenti. Totum autem minus. Nullus enim concupiscit intemperatus esse. Nomen autem intemperantie et ad puerilia peccata ferimus. Habent enim quandam similitudinem. Uter autem ab utro vocatur, nichil ad presens differt. Manifestum autem quoniam translatum est. Puniri enim oportet turpia appetentem et multum augmentationem habentem. Tale autem maxime concupiscentia et puer. Secundum concupiscentiam enim vivunt et pueri, et maxime in hiis est delectabilis appetitus. Si igitur non erit impersuasibilis et ad dominans, in multum veniet. Insatiabilis enim delectabilis appetitus, et undique insipienti; et concupiscentie operatio auget congenitam. Et si magne et vehementes fuerint, et cogitationem expellunt. Propter quod oportet mensuratas esse et paucas, et rationi nichil contrariari. Tale autem bene persuasibile dicimus et punitum. Quemadmodum enim puerum oportet secundum preceptum pedagogi vivere, sic et concupiscibile secundum rationem. Propter quod oportet temperati concupiscibile consonare rationi. Intentio enim ambobus bonum. Et concupiscit temperatus que oportet et ut oportet et quando. Ita autem ordinat et ratio. Hec quidem igitur nobis dicta sunt de temperantia. Incipit .iiij. liber.

Dicamus autem deinceps de liberalitate. Videtur autem esse circa pecunias medietas. Laudatur enim liberalis non in bellicis, neque in quibus temperatus, rursus neque in iudiciis, sed circa dationem pecuniarum et sumptionem, magis autem in datione. Pecunias autem dicimus omnia quorum dignitas numismate mensuratur. Est autem et prodigalitas et illiberalitas circa pecunias superhabundantie et defectus. Et illiberalitatem quidem copulamus semper magis quam oportet circa pecunias studentibus. Prodigalitatem autem inferimus quandoque complectentes: incontinentes enim et in intemperantiam consumptores prodigos vocamus. Propter quod et pravissimi videntur esse: multas enim simul malicias habent. Non autem proprie appellantur. Vult enim prodigus esse qui unum aliquod malum habet, corrumpere substantiam. Prodigus enim qui propter se ipsum perditus. Videtur autem perditio quedam ipsius esse et substantie corruptio, ut vivere per hanc existente. Sic utique prodigalitatem accipimus. Quorum autem est usus, hiis est uti et bene et male. Divitie autem sunt utilium. Unoquoque autem optime utitur qui habet circa singula virtutem. Et divitiis utique optime utetur qui habet circa pecunias virtutem. Iste autem est liberalis. Usus autem videtur esse pecuniarum sumptus et datio. Acceptio autem et custodia possessio magis. Propter quod magis est liberalis dare quibus oportet quam accipere unde oportet. Virtutis enim magis benefacere quam bene pati, et bona operari magis quam turpia non operari. Non est autem immanifestum quoniam dationem quidem sequitur benefacere et bona operari, sumptionem autem bene pati vel non turpe operari. Et gratia danti, non accipienti. Sed et laus magis. Est et facilius autem non accipere quam dare. Proprium enim minus emittunt magis quam non accipiunt alienum. Sed et liberales dicuntur qui dant. Qui autem accipiunt non in liberalitate laudantur, sed non minus in iustitiam. Qui autem accipiunt neque laudantur. Amantur autem maxime liberales eorum qui a virtute; utiles enim. Hoc autem in datione. Que autem secundum virtutem operationes, bone et boni gratia. Et liberalis igitur dabit boni gratia et recte. Quibus enim oportet et quantum et quando et alia quecumque sequuntur rectam dationem. Et hec delectabiliter vel sine tristitia. Quod enim secundum virtutem delectabile vel sine tristitia, vel nequaquam tristabile. Qui autem dat quibus non oportet vel non boni gratia sed propter aliquam causam, non liberalis sed alius quis dicetur. Neque qui tristabiliter. Magis enim utique eligeret pecunias bona operatione. Hoc autem non liberalis. Neque accipiet unde

[illegible commentary]

¶ Est autem et aliqua virtus et cetera. ostendit qualiter liberalitas et opponitur [illegible] circa pecuniam [illegible] et cetera. hic [illegible] dicit de actu liberalitatis. secundo ponit de liberali. secundo de prodigo. Et autem sub habundantie et cetera. de illiberalitate. illiberalitas et cetera. primo duo facit. primo ostendit quod sit proprius actus liberalitatis. secundo ostendit qualiter se debeat habere [illegible] i liberalitas autem est [illegible] et cetera. circa primum duo facit. primo ostendit quod actus liberalitatis est bonus usus pecunie [illegible] at ad alia [illegible] bene vel male. sed si aliquis rebus [illegible] bene vel male [illegible] tanquam [illegible] vel [illegible] bene vel male. [illegible] usus autem et cetera. dicit quod sit bene vel bonus usus [illegible] pertinet ad liberalitatem quia est circa pecunias ut supra dictum est. [illegible] Usus autem et cetera. [illegible] pecunie [illegible] in emissione [illegible] super expensas et per dationes. sed accipere vel custodire pecunias non est [illegible] possessio [illegible] per acceptionem pecunie acquiritur possessio. per custodiam autem [illegible] pecunias [illegible] retentio. [illegible] autem non [illegible] acceptio non est sic [illegible] pecunie [illegible] custodia autem [illegible] retentio [illegible] concludens [illegible] magis pertinet ad liberalitatem actus [illegible] dare pecuniam quod oportet [illegible] et [illegible] magis [illegible] pertinet de pecunie [illegible] debitam et non accipere [illegible] [illegible] ad [illegible] autem magis et cetera. [illegible] virtutis [illegible] magis pertinet ad virtutem bene facere quam bene pati [illegible] bene facere est melius et difficilius [illegible] magis pertinet ad [illegible] bene [illegible] [illegible] abstinere a [illegible] [illegible] [illegible] ad dare bene facere et bene operari ad [illegible] pertinet bene pati in quantum [illegible] accipere [illegible] ad virtutem liberalitatis magis pertinet bene dare quam accipere vel abstinere a malo [illegible] [illegible] dantem et cetera. [illegible] actio. sed [illegible] magis [illegible] dantem quam accipientem bene vel non male accipere [illegible] liberalitas magis consistit in dando quam accipere. [illegible] secundo dicit facilius autem et cetera. [illegible] difficilius. sed facilius [illegible] non accipere alienum quam [illegible] ablatum [illegible] magis est [illegible] liberalitas magis est [illegible] quam est accipere. [illegible] ponit i. [illegible] liberales [illegible] et cetera. [illegible] liberales [illegible] laudantur [illegible] liberalitas magis [illegible] [illegible] amantur autem maxime et cetera. [illegible] omnes virtuosos magis amare liberales [illegible] amicitia honesti [illegible] liberalitas sit magis virtus [illegible] utiles. sunt autem utiles per hoc [illegible] dant [illegible] liberalitas maxime consistit in dationibus.

¶ [illegible] autem secundum virtutem et cetera. [illegible] plus ostendit quod sit proprius liberalitatis [illegible] debeat se et [illegible] ostendit qualiter sit proprius actus. secundo quales sunt actus eius facti. i. Neque accipiet et cetera. circa primum duo facit. primo dicit qualiter debeat se liberalis dando quod est proprius actus. secundo ostendit quod dationes non pertinent ad liberalitatem. i. quod autem dat quod non oportet. circa primum duo facit. primo dicit quod [illegible] liberalis debet [illegible] debitis circumstantiis [illegible] omnes operationes que sunt secundum virtutem debent [illegible] actione [illegible] debitas circumstantias et ulterius ordinare per intentionem [illegible] dare sit proprius actus [illegible] liberalitatis [illegible] liberalis dat propter bonum finem. et quia [illegible] [illegible] quod oportet et quando oportet et [illegible] alias debitas circumstantias [illegible] ad [illegible] dationem. secundo [illegible] et hic delectatur et cetera. ostendit quod dato liberalis [illegible] delectatur et hic est quod [illegible] liberalis dat delectatur vel saltem sine tristitia vel si oporteat [illegible] admixta [illegible] habet per operationem [illegible] ut [illegible] quod actus virtuosus vel est delectabilis vel saltem sine tristitia vel si oporteat [illegible] admixta [illegible] habet per operationem ad [illegible] ut supra dictum est de forti quod si non multum delectatur in suo actu non tristatur vel saltem [illegible] omnes qui [illegible] [illegible]

¶ Dein cum dicit quod autem dat quod non oportet et cetera. [illegible] dationes non pertinent ad liberalitatem. et primo de dationibus quod [illegible] debitas circumstantias [illegible] [illegible] [illegible] honesti [illegible] [illegible] liberalis. [illegible] finis [illegible] [illegible] dat [illegible] [illegible] et [illegible] Neque quod tristis et cetera. [illegible] de dationibus [illegible] sunt cum tristitia et dicit quod neque illi qui [illegible] dant [illegible] [illegible] cum tristitia dant sunt liberales quia [illegible] in dando [illegible] quod magis diligunt pecunias quam operationem virtuosam honestam

dationis quod non pertinet ad liberalem.

∴ Dein cum dicit Neque accipiet et cetera. [illegible] quales sunt opera liberalitatis [illegible] accipere et [illegible] [illegible] duo facit. primo [illegible] liberalis [illegible] [illegible] [illegible] accipere non [illegible] [illegible] in accipere [illegible] secundo ostendit quod observat [illegible] [illegible] et cetera. circa primum duo ponit. quod primo est quod liberalis non accipit [illegible] non oportet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pecunias. finis [illegible] liberalis non est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] liberalis [illegible] ad benefaciendum [illegible] [illegible] bene pati.

¶ Dein cum dicit [illegible] [illegible] et cetera. [illegible] quod observet liberalis in accipiendo vel [illegible] et ponit [illegible] primo est quod liberalis accipit [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] pecunias [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad dandum [illegible] liberalis non [illegible] [illegible] [illegible] bonorum [illegible] [illegible] sustineat ad dandum [illegible] liberalis non dat [illegible] [illegible] ad [illegible] dare quod oportet et loco et tempore debito.

F. ¶ Deinde cum dicit. prodigalitas autem etc. ostendit ex premissis qualis sit actus prodigi. et dicit quod in omnibus peccat prodigus. non solum
in dando et accipiendo sed est in defectu et excessu [illegible] neque defectu neque excessu [illegible] in quibus [illegible]
G. sapientibus. . . Deinde cum dicit. Deinde est autem a nobis etc. comparat prodigum illiberali. et primo quantum ad oppositionem. secundo quantum ad quantitatem
peccati. i. quod [illegible] et dicit [illegible] quod dictum est supra quod prodigalitas et liberalitas se habent secundum superabundantiam et defectum in duobus scilicet in
datione et acceptione. et hoc ideo quia [illegible] quod ad liberalitatem pertinet secundum datione comprehenduntur. non autem superabundat in hiis
et deficit prodigus et illiberalis. prodigus vero superabundat in dando et in hoc non accipiendo. illiberalis autem econtrario deficit in dando
et superabundat in accipiendo nisi forte in parvis quia illiberalis dat et non curat accipere.
H. . . ¶ Cum dicit. prodigalitas etc. [illegible] oppositum prodigalitatis ad liberalitatem. hoc ostendit quod illiberalitas excedit prodigalitatem in quantitate
peccati. et hoc [illegible] quarum prima sumitur ex mutabilitate prodigalitatis. quia non de facili [illegible] sed de facili removetur. unde dicit quod ea que pertinent
ad prodigalitatem non possunt multum augeri [illegible] ut [illegible] ab nullo [illegible] accipiat et superflue omnibus det. eo quod [illegible] i. divitie velociter
deserunt eos qui dant indiscrete quia quidam [illegible] et [illegible] et tales videntur esse prodigi. et quia vitium quod non multum
vicium augetur sed de facili curatur est minus grave. inde est quod prodigus non modicum est melior. i. minus malus illiberali. prodigus vero
de facili sanatur a suo vitio et hoc duobus modis. uno quidem [illegible] ab etate quia cum magis accedit ad senectutem fit
magis aptus ad retinendum et ad non dandum. quia [illegible] appetitus [illegible] eas [illegible] defectus [illegible] [illegible]
ad maiorem senectutem defectus tanto prior fit ad retinendum et ad non dandum. secundo propter paupertatem que [illegible] ex superflua prodiga-
litate. plurimum autem impedit prodigalitatem tum propter impossibilitatem dandi. tum propter experientiam defectus. [illegible] ponit ibi.
. Et ad medium potest venire. etc. quod sumitur ex similitudine eius ad liberalitatem. unde ait quod prodigus de facili potest reduci ad medium
virtutis [illegible] quoniam habet cum liberali. habet enim prodigus ea que habet liberalis. quia et libenter dat et non de facili accipit.
differt autem a liberali quia neutrum horum facit secundum quod oportet et bene. i. secundum rectam rationem. et ideo si ducatur ad hoc quod faciat
predicta secundum quod oportet sive per assuetudinem sive per quamcumque aliam transmutationem [illegible] vel fortune erit liberalis
[illegible] dicit quod oportet. et accipiet unde non oportet. et ex hoc ulterius concludit quod prodigus non videtur [illegible] et quod [illegible] ad virtutem
moralem quam respicit [illegible] appetitum [illegible] non [illegible] ad malum sive corruptum appetitum. [illegible] illiberalis quia
superabundet in dando et in non accipiendo. sed hoc [illegible] ad stultitiam [illegible] et sic [illegible] quod prodigus non [illegible] de
malicia morale quam respicit [illegible] appetitum ad malum quam secundum [illegible] defectum. [illegible] . Sunt hunc autem modum etc.
ponit tertiam rationem que sumitur ex effectu prodigalitatis. unde dicit quod prodigus est multo melior illiberali non solum propter
duas predictas rationes. sed etiam propter hanc tertiam. quia prodigus multis prodest per suam dationem [illegible] in
[illegible] dando. sed illiberalis nulli prodest in quantum deficit in dando [illegible] prodest [illegible] quia deficit in expendendo
.I. . ¶ Deinde cum dicit. Sed multi prodigorum etc. determinat de eo quod [illegible] ex prodigo et illiberali. et circa hoc tria facit.
primo ostendit quomodo aliqui prodigi ad illiberalitatem [illegible] secundo [illegible] conclusiones ex predictis. ibi. [illegible] contraria etc. circa primum duo
facit. primo ostendit quomodo quidam prodigi male se habent in accipiendo. secundo quomodo male se habent in dando. ibi. propter quod neque liberales.
etc. circa primum duo facit. primo proponit quod intendit et dicit quod multi qui sunt prodigi secundum superfluam dationem sunt [illegible]
ad illiberales in quantum accipiunt unde non oportet. secundo ibi. Acceptivi autem etc. assignat duas rationes. quarum prima est
quia tales promptum sunt ad accipiendum. propter hoc volunt consumere sua superflue dando et accipiendo. [illegible] [illegible] quia de facili
consumunt que habent [illegible] eos deserunt. unde ad hoc quod implere possunt voluntates suas circa superfluas dationes et expensas
coguntur aliunde [illegible] acquirere quam non licet. [illegible] est quod magis dant ex [illegible] concupiscentia dandi quam
ex [illegible] quia intenderent ad id bonum unde volunt quidem dare sed qualiter aut unde dent non [illegible]
eos differt. et ideo quia nullam curam habent de bono undecumque accipiunt.

non oportet. neque enim est honorantis pecunias talis acceptio. non utique erit neque peti
tivus. non enim est bene facientis. et cito fiat bene facilis. Unde autem oportet accipiet puta a propriis
possessionibus. ut non bonum sed ut necessarium. ut habeat dare. neque non curabit propria volens
per hec quibusdam sufficere. neque cuilibet dabit ut habeat dare quibus oportet et quando et ubi bonum. li
beralis autem et vehementer et superhabundare in datione. ut derelinquere sibi ipsi minora. non
respicere enim ad seipsum liberalis. secundum substantiam vero utique liberalitas dicitur. non enim in multitudine datorum quod
liberale sed in dantis habitu. hec autem secundum substantiam dat. nichil autem prohibet liberaliorem esse minora dantem.
si a minoribus det. liberaliores autem esse videntur non possidentes. sed accipientes substantiam. in
experti enim indigentie. et omnes diligunt magis sua opera ut parentes et poete. Dita
ri autem non facile liberalem. neque acceptivum existentem neque custoditivum. emissivum autem et non ho
norantem propter ipsas divitias. sed gratia dationis. propter quod et accusatur fortuna. quoniam maxime
digni existentes nequaquam ditantur. contingit autem non irrationabiliter hoc. non enim possibile pe
cunias habere non curantem ut habeat. quemadmodum neque in aliis. Non tamen dabit quibus non oportet. neque quando non
oportet neque quecumque alia talia. non enim utique adhuc operabitur secundum liberalitatem. et in hec consumens non
utique habebit in que oportet consumere. quemadmodum enim dictum est liberalis est qui secundum substantiam expendit et
in que oportet. qui autem superhabundat prodigus. propter quod tirannos non dicimus esse prodigos. multitudinem enim
possessionis non videtur facile esse dationibus et sumptibus superhabundare. liberalitate utique me
dietate existente circa pecuniarum dationem et sumptionem liberalis et dabit et expendet in
que oportet et quanta oportet. similiter et in parvis et magnis. et hec delectabiliter. et accipiet unde oportet similiter
et parvis quantum oportet. virtute enim circa ambo existente medietate faciet utique ut oportet. Sequitur enim
decenti dationi talis acceptio. non talis autem contraria est. sequentes quidem igitur fiunt simul
in eodem. contrarie autem manifestum quod non. Si autem accidat preter optimum et bonum habens contingat ipsum consu
mere tristabitur media moderate autem et ut oportet. oportet et bene communicantem esse liberalem in pecu
nias. potest enim iniusta pati non honorans pecunias et magis gravatur si quid quod oportet non con
sumpsit quam tristatur si non optimum aliquid consumpsit. et Simonidi non placens. prodi
gus autem et in hiis peccat. neque enim delectatur in quibus oportet neque ut oportet neque tristatur ut oportet.
erit autem procedentibus manifestum. Dictum est autem nobis quoniam superhabundantie et defectus sunt prodi
galitas et illiberalitas. et in duobus in datione et sumptione. et sumptionem enim secundum dationem
ponimus. prodigalitas quidem igitur in dando et non in accipiendo superhabundat. In accipien
do autem deficit. Illiberalitas autem in dando deficit. In accipiendo vero superhabundat nisi in parvis.
Que quidem igitur prodigalitatis non multum coaugentur. non enim facile ex nullo parte accipi
entem omnibus dare. velociter enim derelinquit substantia dantes ydiotas. qui et videntur
prodigi esse. quia talis videbitur utique non parvo melior esse illiberali. bene sanabilis enim est et
ab etate et ab egestate. et ad medium potest venire. habet enim que liberalis. et enim dat et non ac
cipit. sed neutrum ut oportet neque bene. si utique hoc assuescat vel aliter transmutetur. erit u
tique liberalis. Dabit enim quibus oportet et accipiet unde oportet et non accipiet unde non oportet. propter quod
et videtur non esse pravus omnino secundum morem. non enim mali neque innobilis superhabundare dantem et non
accipientem. Insipientis autem. Qui autem hunc modum prodigus videtur multum melior illiberali esse et
propter que dicta sunt. et quoniam hic quidem iuvat multos. hic autem nullum. sed neque seipsum.
Sed multi prodigorum quemadmodum dictum est et accipiunt unde non oportet et sunt secundum hoc illi
berales. acceptivi autem fiunt propter velle quidem consumere. in facile hoc non facere posse

[illegible commentary]

veloat eni derelinquit eos existentia. Coguntur habundare ibire. Simul autem et propter nichil boni curare indifferenter et undique accipiunt. Dare enim concupiscunt. Quando autem unde non confestim eis adest. Propter quod neque liberales dationes ipsorum sunt. Non enim bone, neque huius ipsius gratia, neque ut oportet. Sed quandoque quos oportet egere, hos divites faciunt, et modestis quidem moribus nichil utique darent. Adulatoribus autem vel aliqua alia voluptate tribuunt multa. Propter quod et intemperati ipsorum sunt multi. Faciliter enim consumentes et in intemperantias consumptivi sunt, et propter non ad bonum vivere ad voluptates declinant. Prodigus quidem igitur in ducibilis existens in hec transit potius. Adhibito autem studio in medium et in quod oportet adveniet utique. Illiberalitas autem et insanabilis. Videtur enim senectus et omnis impotentia illiberales facere. Et magis connaturale hominibus prodigalitate. Multi enim amatores pecuniarum magis quam datores. Et tenditur autem in multum et multiforme est. Multi enim modi videntur illiberalitatis esse. In duobus enim existens, defectu dationis et superhabundantia acceptionis, non omnibus integra advenit, sed quandoque dividitur, et hii quidem acceptione superhabundant, hii autem datione deficiunt. Qui quidem enim in talibus appellationibus puta parci, tenaces, kimbiles, omnes datione deficiunt. Aliena autem non appetunt neque volunt accipere. Hii quidem propter quandam modestiam et reverentiam turpium. Videntur enim quidam vel dicunt propter hoc custodire ut non aliquando cogantur turpe aliquid operari. Horum autem et ciminivenditor et omnis talis nominatur. Et autem a superhabundantia est quod utique nulli utique dare. Hii autem rursus propter timorem abstinent ab alienis ut non faciliter eum quidem aliorum accipere, quod autem ipsius alios non. Placet igitur eis neque dare neque accipere. Hii autem rursus secundum acceptionem superhabundant undique accipiendo et omne, puta illiberales operationes operantes et de meretricio pasti et omnes tales et usurarii et parva et in multo. Omnes enim isti unde non oportet accipiunt et quantum non oportet. Commune autem in ipsis turpis lucratio apparet. Omnes enim gratia lucri et huius parvi opprobria sustinent. Eos enim qui magna non unde oportet accipiunt neque que oportet non dicimus illiberales, puta tyrannos civitates desolantes et sacra predantes, sed pravos magis et impios et iniustos. Aleator quidem et mortuorum spoliator et latro illiberalium sunt. Turpes lucratores enim. Lucri enim gratia utique negotiantur et opprobria sustinent. Et hii quidem pericula maxima gratia lucri, hii autem ab amicis lucrantur quibus oportet dare. Utrique utique unde non oportet lucri volentes turpes lucratores. Et omnes utique tales sumptiones illiberales. Congrue utique liberalitati illiberalitas contrarium dicitur. Maius enim est malum prodigalitate, et magis in hanc peccant quam secundum dictam prodigalitatem. De liberalitate quidem igitur et oppositis malitiis tanta dicta sint. [illegible] pertractare) [illegible]

Videbitur autem utique consequens esse et de magnificentia pertransire. Videtur enim et hec ipsa circa pecunias quedam virtus esse. Non quemadmodum autem liberalitas extenditur circa omnes que in pecuniis operationes, sed circa sumptuosas solum. In hiis autem superexcellit liberalitatem magnitudine. Quemadmodum enim nomen ipsum significat, in magnitudine enim decens sumptus est. Magnitudo autem ad aliquid. Non enim idem sumptus trierarche et architheorio. Decens utique ad ipsum et in quo et circa que. Qui autem in modicis vel in moderatis secundum dignitatem expendit non dicitur magnificus, puta hoc "multotiens dare tanti", sed qui in magnis ita. Magnificus quidem enim liberalis, liberalis autem nichil magis magnificus. Talis autem habitus defectus quidem parvificentia vocatur, superhabundantia autem banausia et apeirokalia et quecumque tales. Non superhabundantes magnitudine circa que oportet, et ut non oportet, preclare. Posterius autem de ipsis dicemus. Magnificus autem scienti

[illegible commentary]

[illegible]

assimulatur. decens enim potest speculari et expendere magna prudenter. Quemadmodum enim in principio
diximus habitus operationibus determinatur et quorum. magnificentia utique sumptus magni et decens. ta-
lia utique et opera. sic enim erit magnus sumptus et decens operi. quare opus quidem sumptu dignum
oportet esse, sumptum autem opere vel superabundare. consumet autem talia magnificus boni gratia. com-
mune enim hoc virtutibus. et adhuc delectabiliter et emissive. computatio enim diligentia parvifica.
Et qualiter optimum et decentissimum intendet utique magis quam quanto et qualiter minimo. Necessarium
et liberalem magnificum esse. Expendet enim liberalis que oportet et ut oportet. In his autem magnum mag-
nifici, puta magnitudo, circa hec liberalitate existente. Et ab equali opere sumptu opus faciet
magis magnificum. Non enim eadem virtus possessionis et operis. Possessionis quidem enim pluri-
mo dignum et honoratissimum, puta aurum. operis autem magnum et bonum. talis enim speculatio
admirabilis. magnificum autem admirabile. Et est operis virtus magnificentia in magni-
tudine. Est autem sumptuum que dicimus honorabilia, puta circa deos donaria et pre-
parationes et sacrificia. Similiter autem et quecumque ad commune ambitiosa sunt, puta si a-
licubi largiri existimant oportere preclare vel trierarchizare vel convivare civitatem. In om-
nibus autem, quemadmodum dictum est, et ad operantem refertur, quis existens et quibus existentibus. digna enim oportet hec esse
et non solum operi sed et facienti decere. propter quod pauper utique non erit magnificus. Non enim sunt
a quibus multa consumet decenter. Tentans autem insipiens. preter dignitatem enim et quod oportet. secundum
virtutem autem recte. Decet autem et eos quibus talia preexistunt per se ipsos vel per progenitores
vel per quos ad ipsos pertinent, et nobiles et gloriosos et quecumque talia. Omnia enim hec magni-
tudinem habent et dignitatem. Maxime quidem igitur talis magnificus, et in talibus sumptibus magnificentia,
quemadmodum dictum est. maxima enim et honorabilissima. Privatorum autem quecumque semel fiunt,
puta nuptie et siquid tale. et si circa aliquid tota civitas studet vel qui in dignitate.
et de peregrinis susceptiones et emissiones et dationes et retributiones. Non enim in seipsum
sumptuosus magnificus, sed in communia. dona autem deo factis habent simile. Magnifici
autem et domum construere decenter divitiis. ornatus enim quidam et hec. Et
circa hec magis sumptus facere quecumque diuturna operum. optima enim hec. Et in singulis decens.
Non enim idem congruit diis et hominibus, neque in templo et sepulcro. Et in sumptibus unumquodque
magnum in genere. et magnificentissimum quidem quod in magno magnum. hic autem quod in
his magnum. Et differt in opere magnum ab eo quod in sumptu. Spera quidem enim vel leki-
tus pulcherrima magnificentiam habet puerilis doni. huius autem pretium parvum et illiberale. Propter
hoc est magnifici in quocumque utique faciat genere magnifice facere. tale enim non facile su-
perabile. et habens secundum dignitatem sumptus. Talis quidem igitur magnificus. Superabundans autem
et banausus in preter quod oportet consumendo superabundat, quemadmodum dictum est. In parvis enim sumptu-
um multa consumit et resplendet preter melodiam (immelodiam), puta eranistas nuptialiter convivans
et comedis choragiens in introitu purpuram inferens, quemadmodum Megarenses. Et omnia
talia non boni faciet gratia, sed divitias ostentans, et propter hec existimans admirari.
Et ubi quidem oportet multa consumere, pauca consumens. ubi autem pauca, multa. Parvificus autem
circa omnia deficiet. et maxima consumens in parvo bonum perdet. Et quodcumque
utique faciat tardans et intendens qualiter minimum consumat utique. et hec tristatus. et
omnia existimans maiora facere quam oportet. Sunt quidem igitur hii habitus malicie, non tamen oppro-
bria inferunt, quia neque nocivi proximo sunt neque valde turpes.

[illegible]

[illegible]

Magnanimus autem est magna ... dignificat se ipsum dignus existens ... [illegible]

Deinde cum dicit ... [illegible]

agnanimitas autem circa magna quidem et ex nomine uidetur esse. circa qualia autem est primum accipiamus. Differt autem nichil habitum uel qui secundum habitum intendere. Videtur autem magnanimus esse qui magnis se ipsum dignificat. dignus existens. qui enim non secundum dignitatem id facit: insipiens. eorum autem qui secundum uirtutem nullus insipiens. nec stultus. magnanimus quidem igitur qui dictus est. qui enim paruis dignus et hiis dignificat se ipsum: temperatus. magnanimus autem non. In magnitudine enim magnanimitas. quemadmodum et pulchritudo in magno corpore. parui autem formosi et commensurati. pulchri autem non. Qui autem magnis se ipsum dignum facit indignus existens: chaunus. qui autem maioribus quam dignus non omnis chaunus. qui autem minoribus quam dignus: pusillanimus. siue magnis siue moderatis. siue paruis dignus existens, adhuc minoribus se ipsum dignificet. et maxime utique uidebitur magnis dignus. Est autem magnanimus magnitudine quidem extremus. eo autem quod ut oportet medius. eo enim quod secundum dignitatem se ipsum dignificet. hii autem superhabundant et deficiunt. Si autem utique magnis se ipsum dignificat dignus existens, et maxime maximis erit utique circa unum maxime. Dignitas autem dicitur ad ea que exterius bona. maximum autem hoc utique ponemus quod diis attribuimus. et quod maxime desiderant qui in dignitate. et quod in optimis premium. tale autem honor. maximum enim utique hoc exteriorum bonorum. circa honores utique et inhonorationes magnanimus est ut oportet. Et sine ratione autem uidentur magnanimi circa honorem esse. honore enim maxime magnificant se ipsos secundum dignitatem. Pusillanimus autem deficit et ad se ipsum et ad magnanimi dignitatem. Chaunus autem ad se ipsum superhabundat. non tamen ad magnanimum. Magnanimus siquidem maximis dignus optimus utique erit. maior enim semper melior dignus. et maximis dignus optimus. Oportet ergo uere magnanimum bonum esse. Videbitur autem esse magnanimi quod in unaquaque uirtute magnum. Nequaquam utique congruit magnanimo fugere commouentem neque iniusta facere. cuius enim gratia operabitur turpia cui nichil magnum. Secundum singula autem intendenti omnino derisibilis utique erit magnanimus non bonus existens. Non erit utique autem neque honore dignus. neque honores premium existens uirtutis enim premium honor. et attribuitur bonis. Videtur quidem igitur magnanimitas ut ornatus quidam esse uirtutum. maiores enim ipsas facit. et non fit sine illis. Propter hoc difficile secundum ueritatem magnanimum esse. non enim possibile sine bonitate. Maxime quidem igitur circa honores et inhonorationes magnanimus est. et in magnis et ab studiosis moderate delectabitur ut propria adipiscens uel et minora. uirtutis enim perfecte non utique fiet dignus honor. Sed tamen et adhuc recipiet in hiis eo quod non habent ipsos maiora ipsi tribuere. eius autem qui a contingentibus et in paruis omnino paruipendet. non enim hiis dignus. Similiter autem et in inhonoratione. non enim erit iuste circa ipsum. Maxime quidem igitur est quemadmodum dictum est magnanimus circa honores. Sed adhuc et circa diuitias et potentatum et omnem bonam fortunam et infortunium moderate habebit. ut utique fiet. Et neque bene fortunatus gaudiosus erit. neque infortunatus tristis. Neque enim circa honorem ita habet ut maximum ens. Potentatus enim et diuitie propter honorem sunt desiderabilia. habentes igitur ipsa honorari per ipsa uolunt. cui autem et honor paruum est. huic et alia. Propter quod uidentur esse despectores. Videntur autem et bone fortune conferre ad magnanimitatem. Nobiles enim dignificantur honore et potentes uel ditantes. In superexcellentia enim sunt. bono autem superexcellens omne honorabilius. Propter quod et talia magnanimiores faciunt. honorantur enim a quibusdam. Secundum ueritatem autem bonus solus honorandus. cui autem ambo existunt. magis dignus sit honore. Qui autem sine uirtute talia bona habent; nec uere magnanimi dicuntur sine uirtute enim perfecta non est hec

Deinde cum dicit ... [illegible]

Deinde cum dicit ... [illegible]

Deinde cum dicit ... [illegible]

Deinde cum dicit ... [illegible]

M. ¶ Deinde cum dicit: Videtur quidem igitur etc. inducit duas rationes ex similibus quarum prima est quod magnanimitas videtur quasi ornatus quidam virtutum omnium. Quia per magnanimitatem omnes virtutes efficiuntur maiores eo quod magnanimus proponit operari magnum in omnibus virtutibus et ex hoc crescit virtus et iterum non fit magnanimitas sine aliis virtutibus et sic videtur se habere ad alias tanquam ornatus eorum. Secunda ratio est quod difficile est esse vere magnanimum quia magnanimitas non potest esse sine bonitate virtutis et quia sine magna virtute cui debeatur magnus honor hic autem requirere est difficile. Unde difficile est esse vere magnanimum.

N. ¶ Deinde cum dicit: Maxime igitur circa honores etc. postquam philosophus inquisivit materiam magnanimitatis et oppositorum vitiorum hic tractat de actibus et proprietatibus eorum. Et primo tractat de magnanimitate. Secundo de opposito vitio in defectu pusillanimus etc. Primo ostendit quomodo magnanimus operatur circa propriam materiam. Secundo tractat proprietates magnanimi ibi: Videtur autem et eutuchias etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo se habeat circa honores qui sunt materia propria magnanimi. Secundo ostendit quomodo se habeat circa alia ibi: Adhuc autem et circa divitias etc. Circa primum duo facit. Primo resumit quod supradictum est de materia magnanimitatis et dicit quod ex supradictis maxime et principaliter dictum est de magnanimitate eo quod bene se habet circa honores et oppositum sicut fortitudo circa timores et audacias. Secundo ibi: Et in magnis et studiosis ostendit quomodo se habeat circa huiusmodi materiam. Et primo ostendit quomodo se habeat circa magnos honores dicens quod si magnanimo exhibeantur magni boni et honores et pro bonis actibus moderate in eis delectatur. Contingit enim quod aliquis immoderate de aliquibus adeptis delectetur ex eo quod ex insperato ei advenit et admiratur ea quasi quaedam maxima supra se ipsum existentia. Sed cum magnanimus adipiscitur maiores honores existimat quod quaedam bona propria ei sunt et adhuc minora quam ei debeantur. Considerat enim quod nullus honor exterior ab hominibus exhibitus est sufficiens praemium virtutis quia bonum ex quo laudabiles sunt excedit omnia exteriora bona. Unde tamen propter hoc indignatur quod eo minora exhibent quam debeant. Sed tamen aequanimiter acceptat quod homines non habent aliqua maiora quae ei retribuant. Secundo ibi: De autem a contingentibus etc. ostendit quomodo se habeat circa parvos honores et dicit quod si ei exhibeantur honores a contingentibus id est si honoretur a quibuscumque aliis vel pro parvis virtutibus puta si honoretur propter divitias vel propter aliquid huiusmodi vel si honoretur in aliquo parvis honoribus tales honores contempnit quia reputat se non esse talibus honoribus dignum. Non enim sufficit virtuoso ut honoretur tanquam dives. Tertio ibi: Similiter autem etc. ostendit quomodo se habeat circa inhonorationes et dicit quod et in his se habet moderate. Sicut enim non extollitur magnis honoribus ita etiam non deicitur per contumelias quia considerat iniuste eas sibi inferri. Concludit igitur maxime quod magnanimus maxime laudatur circa honores.

O. Deinde cum dicit: Sed adhuc et circa divitias etc. ostendit quomodo se habeat magnanimus circa quaedam alia materialia puta circa divitias et circa alia huiusmodi. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo magnanimus circa talia operetur. Secundo ostendit quomodo talia conferunt ad magnanimitatem ibi: Videtur autem et bona fortunae etc. Dicit ergo primo quod quamvis magnanimitas maxime principaliter sit circa honores est tamen etiam secundario circa divitias et potentatum et omnia quae pertinent ad bonam fortunam vel malam. Sicut enim propter hoc bene se habet ad honorem ita etiam circa istam materiam et fortunam magnanimus moderate se habebit qualitercumque ei accidat. Ita scilicet quod neque si sit bene fortunatus superflue gaudebit neque etiam si infortunium patiatur superflue tristabitur. Et huius ratio est quia sicut dictum est neque immoderate se habet circa honores quod tamen est maximum ad modum omnium exteriorum bonorum. Quod patet ex hoc quod potentatus et divitiae desiderantur propter honorem. Potentes scilicet homines habentes talia volunt honorari propter ipsa. Cum igitur magnanimus propter honorem parum existimat ut non superflue propter ipsum gaudeat multo magis et alia reputabit parva ita quod non superflue gaudebit. Et propter hoc etiam est quod aliqui videantur esse despectores propter eo quod exteriora bona contempnunt et sola interiora bona virtutis appretiant.

P. ¶ Deinde cum dicit: Videtur autem et bona fortunae etc. ostendit quomodo exteriora bona fortunae conferunt ad magnanimitatem. Et primo ostendit quod conferunt ad magnanimitatem augendam ea quae sunt cum virtute. Secundo ostendit quod sine virtute non possunt magnanimum facere ibi: Qui autem sine virtute etc. Dicit ergo primo quod omnia exteriora bona videntur aliquid conferre ad magnanimitatem in quantum scilicet propter ea aliqui reputantur digni honore puta nobiles et potentes et divites et omnia enim ista consistunt in quadam superexcellentia. Potentes scilicet nobiles excedunt ignobiles et sic de aliis. Omne autem quod superexcedit in bono magis honorabile. Honor enim est quaedam reverentia quae debetur superexcellentiae boni. Et quia magnanimus est dignus honore inde est quod talia faciunt homines magis magnanimos. Quia scilicet honorantur a quibusdam vulgaribus hominibus qui sola haec bona considerant. Sed secundum veritatem solus bonus et virtuosus est honorabilis quia scilicet honor est proprium praemium virtutis. Sed qui habeat ambo simul scilicet virtutem et bona fortunae fiet magis dignus honore inquantum scilicet utrumque tamen est bonum. Et sic appositum ipsa etiam bona fortunae organice deserviunt ad operationes virtutum.

¶ Deinde cum dicit: Qui autem sine virtute etc. ostendit quod bona fortunae non possunt facere magnanimum. Et dicit quod illi qui talia habent sine virtute non possunt iuste reputare se dignos magnis honoribus vel non recte magnanimi dicuntur quia quod sit magnanimus non potest contingere sine virtute perfecta ut dictum est. Sed tales qui carent virtute propter excellentiam exteriorum vel despiciunt alios et iniuriantur eis et alia inducunt eo quod non est facile quod aliquis moderate ferat bona fortunae sine virtute. Hinc est magis opus virtutis ut aliquis moderate se habeat in bonis fortunae. Unde cum illi qui carent virtute non possunt bene ferre fortunias dum existimant quod simpliciter excellant quos in divitiis excellunt contempnunt eos et quia non reputant aliquem excellentem esse secundum operationem virtutis ideo ipsi non curant operari ad bonum. Sed operantur quodcumque venit eis. Volunt enim imitari magnanimum cum tamen non sint eis similes. Imitantur autem eum in quantum possunt. Non quidem in hoc quod operantur secundum virtutem quod maxime facit magnanimus, sed in hoc quod contempnunt alios non tamen eo modo sicut magnanimus. Ille iuste contempnit scilicet malos et vere glorificat scilicet bonos. Sed isti scilicet qui carent virtute contempnunt et glorificant indistincte quoscumque contingit. Contempnunt scilicet interdum bonos et glorificando malos.

f f. ¶ Deinde cum dicit: et ad alium non posse vivere et cetera, ponit tertiam proprietatem magnanimi circa delectationem que est in convictu. et dicit quod ad magnanimum pertinet ut non propter sit ad convivendum cum alio nisi cum amicis. quia non adeo ingerat se familiaritati aliorum sicut servilis non videtur et omnes blanditores qui volunt omnibus difficilius placere sunt obsequiosi. i. ad serviendum parati. et eodem omnes humiles qui ut sunt abiecti ut sunt blanditores.

g. ¶ Deinde cum dicit: Neque admirativus et cetera, ponit quartam proprietatem magnanimi que accipitur secundum dispositionem ipsius. et secundum ponit quedam que consistunt in corde. secundo quedam que consistunt in locutione. i. Neque humanus locutor et cetera. tertio ponit illa que consistunt in exteriori conversatione. i. et potens possedisse et cetera. circa primum ponit duas proprietates. quarum prima est quod magnanimus non est propter admirativus. quia admiratio est de rebus magnis. sed magnanimo non est aliquid magnum eorum que exterius occurrere possunt. quia in interiori sua virtute est maiora bona que aut de magnis. Secundam proprietatem ponit. i. Neque memor malorum et cetera. et dicit quod magnanimus non multum recordatur malorum que passus est. et dicit rationem duabus rationibus. quarum prima est quod non convenit magnanimo multa recordari sicut nec admirari eorum. non solent multum recordari que sunt magna. admirantur. alia ratio est quod ad magnanimum spectat potius oblivisci malorum que passus est. in quantum scilicet ea despicit utpote aliquid minorem potuit. Sic puto etiam Tullius dicit quod nihil oblivisci soli erat nisi iniuriarum.

h. ¶ Deinde cum dicit: Neque humanus locutor et cetera, ponit duas proprietates magnanimi circa locutionem. quarum prima est quod non multum loquitur de hominibus. quia de seipso multum loqui non decet. vituperationes vel laudes non multum appetat. contra quod est intentio est circa bona sua et dicta. vel non de seipso multum loquitur non de aliis. secundo non est ei cure quod ipse laudetur nec quod alii vituperentur. unde nec ipse multum laudat alios. nec etiam male loquitur de aliis. nec de inimicis suis. nisi propter iniuriam sibi illatam ab eis repellendam. Secundam proprietatem ponit. i. et de necessariis et cetera. et dicit quod necessitatibus ad vitam humanam vel aliquibus aliis rebus nequaquam est planctivus. scilicet ostendendo per immutationem si ei deficit neque deprecativus ut ei exhibeantur.

Sic non pertinet ad illum qui studet circa nec omnia ore consequenda que sunt aliquid magnum quare est animi magnitudo.

i. ¶ Deinde cum dicit: et potens possedisse et cetera, ponit tertiam proprietatem magnanimi pertinentem ad exteriora. et primo quantum ad exteriores passiones. et dicit quod magnanimus est propter magis ad possidendum que bona sunt honorabilia et fructuosa. i. que non sunt lucrativa et utilia que magis pertinent ad hominem qui sufficientem non indiget aliunde lucrari. secundo i. Et motus lenis. ponit tertiam magnanimi pertinentem ad motus exteriores. et dicit quod motus magnanimi videtur esse lenis et vox eius est gravis et locutio eius est stabilis. i. tarda et horum rationem assignat et dicit quod non pertinet motus magnanimi esse festinus cum ipse ad paucas operandas non intendat. qui autem magnanimus non est contentiosus eo quod nihil exterius magnum existimat. propter ea non contendit cum aliquo magno acuitas quedam vocis et velocitas locutionis eius. et quod in parvis tamen affectio magnanimi requirit gravitatem vocis et tarditatem locutionis et motus. dicit autem philosophus circa corporis actum proprium circa eorum que. et ipsa affectio magnanimi induci ex passionibus pura ad utendum hominis et cum habent naturalem colorem que competit utentibus. sed ipso proprio quod sicut naturalem inclinat ad aliquam passionum si ad habet naturalem aptitudinem ad magnanimum sicut est et habeat naturalem dispositionem et habet actum. Videtur non includit epilogo quod magnanimus

k. talis est qualis dictus est. ¶ Deficiens autem et cetera. postquam philosophus determinavit de magnanimitate determinat de vitiis oppositis. et circa hoc primo ponit quod deficiat secundum quod est minus virtutis vitio. secundo determinat de vitio quod est secundum excessum. i. Pusillanimis quidem et cetera. quod opponitur virtuti alteri i. opposito magnanimi. et dicit quod secundum quod qui deficit a medio magnanimitatis vocatur pusillanimus. et quod superabundat vocatur chaymus i. fumosus. que nos dicimus inflatum vel presumptuosum. non autem dicuntur mali quoniam non sunt huiusmodi quia sunt malefactores. non enim alicui nocumentum inferunt nec faciunt ad ea que sunt non peccant in his quod non recedunt a medio recte.

l. ¶ Deinde cum dicit: pusillanimis quidem et cetera determinat de vitio quod est secundum defectum. secundo de vitio quod est secundum excessum. i. Chaymi autem et cetera. circa primum tria facit. primo ponit actum pusillanimis. et dicit quod pusillanimus cum dignus sit bonis privat seipsum illis quibus dignus est. si enim non conveniunt ad operandum prout dignus est quod est operatur. secundo i. et videtur malum habere et cetera. ostendit pusillanimum in quo quod est contrarium sit per ordinem quod non amas se privat bonis quibus dignus est. propter quod contingit ex hoc quod non reputat se dignum talibus bonis cum tamen sit dignus. hoc autem forte contingit ex hoc quod ignorat suam conditionem. cum enim bonis proprium sit quod aliqui appetunt si seipsum cognosceret pusillanimus appeteret ea quibus est dignus cum sint quedam bona de se appetibilia. hoc autem ignorantia non contingit ex stupiditate. quia insipientes non sunt digni magnis. sed contingit ex quadam pigritia propter quam contingat quod nolunt magis ingerere secundum suam dignitatem. et hoc est verum ex quo aliquis duo oriuntur. i. talis autem opinio et cetera. ponit effectum et dicit quod talis opinio propter quam aliquis existimat quod bonus non sit dignus bonis quibus est dignus. videtur homines facere deteriores. singuli enim homines appetunt illa que conveniunt eis secundum propriam dignitatem. et ideo quando nesciunt dignitatem suam deficiunt propter ea que sunt bona. propter quod contingit quod recedunt aliqui ab operibus virtutum et ab in operibus speculativis. utpote qui indignos et insufficientes ad talia existimant. ex hiis autem quod magna bona fieri efficiunt peiores quia magnorum bonorum executio facit homines meliores. secundo quia propter parvam opinionem recedunt aliqui ab exterioribus bonis quibus sunt digni quia inutiles videntur ad operationes virtutum deficiunt.

[illegible]

despectores enim autem et iniuriatores. Et talia habentes magis efficiuntur. Sine virtute enim non facile
ferre decenter bonas fortunas. Non potentes autem ferre et existimantes alios superexcellere,
illos quidem contempnunt, ipsi autem quecumque contingit operantur. Imitantur enim mag-
nanimum non similes existentes. Hoc autem operantur in quibus possunt. Que quidem igitur secundum virtutem
non operantur, contempnunt autem alios. Magnanimus autem iuste contempnit. Opinatur
enim vere. Multi autem contingenter. Et non est microkindinos neque philokindinos propter pauca ho-
norare. Megalokindinos autem. Et cum periclitetur non parcens vite, ut non dignum existens
omnino vivere. Et potens beneficiare, beneficiari autem verecundatur. Hoc quidem enim superexcellen-
tis, hoc autem superexcelsi. Et retributivus plurium. Ita enim erit debitor qui incepit et e-
rit bene passus. Videntur autem et in memoria habere eos quibus utique fecerint bene, eos
autem utique a quibus utique passi fuerint bene. Minor enim qui patitur bene eo qui facit. Vult
autem superexcellere. Et hec quidem delectabiliter audit, hec autem indelectabiliter. Propter quod et Thetim non di-
cere beneficia Iovi, neque Lacones ad Athenienses, set que passi sunt bene. Magnanimi autem et
nullo indigere vel vix, ministrare autem prompte. Et ad eos quidem qui in dignitate
et bonis fortunis magnum esse, ad medios autem moderatum. Hos quidem enim super-
excellere difficile et venerabile, hos autem facile. Et in illis quidem venerari non inurbanum.
In humilibus autem honerosum, quemadmodum ad debiles fortem esse. Et ad honorabilia
non ire vel ubi precellunt alii. Et ociosum esse et pigrum, set vel ubi honor magnus vel opus.
Et paucorum quidem operativum, magnorum autem et nominabilium. Necessarium autem et mani-
festum oditorem esse et manifestum amatorem. Latere enim timidi. Et curare veritatem mag-
is quam opinionem. Et dicere et operari manifeste. Liberiloquus. Propalator enim quia contemptivus est. Et con-
temptivus autem propter quod liberiloquus propalativus et liberiloquus propalativus. Propter quod contemptivus et ve-
ridicus, preterquam quecumque non propter yroniam. Yronia autem ad multos. Et ad alium non
posse vivere set vel ad amicum. Servile enim. Propter quod et omnes blanditores ser-
viles et humiles blanditores. Neque admirativus. Neque enim magnum ipsi est. Neque
memor malorum. Non enim magnanimi recordari aliqua et mala, set magis despi-
cere. Neque humaniloquus. Neque enim de se ipso loquetur neque de altero. Neque enim ut laudetur curat
et ipse, neque ut alii vituperentur. Neque rursus laudativus est. Propter quod neque maliloquus ne-
que de inimicis, nisi propter iniuriam. Et de necessariis vel parvis nequaquam planctivus
et deprecativus. Studentis enim sic habere est hec. Et potens possedisse magis bona et in-
fructuosa fructuosis et utilibus. Sufficientis enim magis. Et motus gravis mag-
nanimi videtur esse, et vox gravis, et locutio stabilis. Non enim festinus qui circa pau-
ca studet, neque contentiosus qui nichil magnum existimat. Acuitas autem vocis et velo-
citas per hec. Talis quidem igitur magnanimus. Deficiens autem pusillanimus, supha-
bundans autem chaunus. Non mali quidem igitur videntur esse neque isti. Non enim malefac-
tores sunt, peccantes autem. Pusillanimus quidem enim dignus existens bonus se ipsum pri-
vat quibus dignus est. Et videtur malum habere aliquid ex non dignificare se ipsum bonis.
Et ignorare se ipsum. Appeterent enim utique quibus dignus erat bona exi-
stentia. Non tamen insipientes tales videntur esse, set magis pigri. Tales autem opinio
videtur et deteriores facere. Singuli enim appetunt que secundum dignitatem. Discedunt autem
et ab operationibus bonis et adinventionibus ut indigni existentes. Similiter

[illegible] magnanimus non est hiklindinos, id est pro parvis periclitans, neque est phi-
lokindinos, id est amator periculorum, qui prompte et facile ad pericula se exponens [illegible]

C.

Idem autem dicit: Et ad eos quidem et cetera. Ponit proprietatem magnanimi per comparationem ad honores [illegible]

D.

Idem autem dicit: Et ociosum esse et cetera. Ponit proprietates magnanimi [illegible]

E.

Idem autem dicit: Necessarium autem et cetera. Ponit proprietates magnanimi [illegible]

[illegible] ludo utitur autem yronia [illegible]

... et ab exercitationibus bonis. Chaumi autem insipientes et se ipsos ignorantes, et manifeste: utpote digni existentes ad honorabilia conantur, deinde redarguuntur; et veste ornantur et figura et talibus; volunt bonas fortunas manifestas esse ipsorum, et dicunt de se ipsis ut per hoc honorandi. Opponitur autem magnanimitati pusillanimitas magis quam chaunotes; et fit magis et deterius. Magnanimitas quidem igitur circa honorem est magnum, quemadmodum dictum est.

Videtur autem et circa hunc esse virtus quedam, quemadmodum in primis dictum est, que videbitur utique similiter se habere ad magnanimitatem quemadmodum et liberalitas ad magnificentiam. Ambo enim ista a magno quidem distant, circa moderata autem et parva disponunt nos ut oportet. Quemadmodum autem in acceptione et datione pecuniarum est medietas et superhabundantia et defectus, ita et in honoris appetitu magis quam oportet et minus, et unde oportet et ut oportet. Amatorem enim honoris vituperamus ut et magis quam oportet et unde non oportet honorem appetentem; et non amatorem honoris ut neque in bonis eligentem honorari. Est autem quando amatorem honoris laudamus ut virilem et amatorem boni, non amatorem autem honoris ut moderatum et temperatum, quemadmodum et in primis diximus. Manifestum autem quoniam multipliciter amatore tali dicto, non in idem ferimus semper amatorem honoris, sed laudantes quidem in magis quam multi, vituperantes autem in magis quam oportet. Innominata autem existente medietate, ut deserta videntur dubitare extrema. In quibus autem est superhabundantia et defectus, et medium. Appetunt autem honorem et magis quam oportet et minus, et ut oportet. Laudatur autem habitus hic, medietas existens circa honorem, innominata. Videtur autem ad amorem honoris quidem non amor honoris, ad non amorem honoris vero amor honoris; ad utraque autem utraque quodammodo. Videtur autem et hoc esse circa alias virtutes. Opponi autem hic extremi videntur, propter non nominatum esse medium.

Mansuetudo autem est quidem medietas circa iras. Innominato autem existente medio, fere autem et extremis, ad medium mansuetudinem ferimus ad defectum declinantem innominatum existentem. Superhabundantia autem iracundia quedam dicatur utique. Passio quidem enim est ira, factiva autem multa et differentia. Qui quidem igitur in quibus oportet irascitur et quibus, adhuc autem et ut oportet et quando et quanto tempore, laudatur. Mansuetus autem iste utique erit, siquidem mansuetudo laudatur. Vult enim mansuetus imperturbatus esse et non duci a passione, sed ut utique ratio ordinabit, ita et in hiis et in tanto tempore irasci. Peccare autem videtur magis ad defectum. Non enim punitivus mansuetus, sed magis condonativus. Defectus autem sive inirascibilitas quedam sive quidquid est, vituperatur. Non irasci enim in quibus oportet insipientes videntur esse, et qui non ut oportet neque quando neque quibus oportet. Videtur enim non sentire neque tristari, et non irascentem non esse vindicativum. Iniuriam autem sustinere et familiares despicere servile. Superhabundantia quidem secundum omnia quidem fit; et enim quibus non oportet, et in quibus non oportet, et magis quam oportet, et velocius, et pluri tempore. Non tamen omnia eidem existunt. Non enim utique possibile esse. Malum enim et se ipsum destruit, et si integrum fit importabile fit. Hii quidem igitur irascuntur velociter et quibus non oportet et in quibus non oportet et magis quam oportet, quiescunt autem velociter, quod et optimum habent. Accidit autem ipsis hoc, quoniam non retinent iram, sed reddunt, in quo manifesti sunt propter velocitatem, deinde requiescunt. In superhabundantia autem sunt acrocholi, acuti et ad omne iracundi et in omni. Unde et nominantur. Amari autem difficile solubiles, et multo tempore irascuntur; detinent enim iram. Quies autem fit cum retribuunt. Punitio enim quiescere facit iram, delectationem pro tristitia faciens. Hoc autem non facto, gravitatem habent; propter non manifestum enim esse, neque suadebit ipsos aliquis. In ipso autem digerere iram tempore indiget. Sunt autem tales sibi ipsis molestissimi et maxime

Deinde cum dicit peccare autem etc. ostendit quod praedicta virtus declinat ad mansuetudinem secundum nominis proprietatem. Et dicit quod secundum hoc ille magis peccare videtur qui accedit ad defectum. Cum enim dicatur mansuetus sicut quod non sit punitivus sed magis remittat et condonet poenas, quod pertinet ad defectum irae. Nam ira appetit vindictam quae fit per poenam. Deinde cum dicit: defectus autem etc. determinat de vitiis oppositis. Et primo de vitio defectus. Secundo de vitio superabundantiae, ibi: superabundantia etc. Tertio comparat ista duo vitia ad invicem, ibi: mansuetudini autem magis etc. Dicit ergo primo quod defectus a medio in ira, sive vocetur inirascibilitas, sive oppositum ad iracundiam, sive qualitercumque aliter vocetur, et quod stolidi dicantur tamen esse vituperabile. Deinde ostendit quod defectus irae quantum est vituperabilis per tria, quorum primum ponitur ibi: stolidi enim etc. Et est talis: omne quod pertinet ad insipientiam est vituperabile, quia laus virtutis est in his quae operantur secundum rationem prudentiae. Sed ad insipientiam videtur pertinere quod aliquis non irascatur in quibus oportet irasci, et eo modo et tempore quo oportet irasci, et quibus oportet irasci. Omnis enim est quod irascatur ex tristitia. Tristitia autem est sensus nocumenti. Ergo qui non irascitur in quibus oportet irasci, signum est quod non doleat de eis, et ita quod non sentiat ea esse mala, quod pertinet ad insipientiam. Patet ergo quod defectus irae est vituperabilis. Secundam rationem ponit ibi: et non iratus etc. Ira enim est appetitus vindictae. Qui ergo non irascitur in quibus oportet irasci, sequitur quod non vindicet ea quae oportet vindicare, quod est vituperabile. Hoc autem sic intelligendum quod non possit aliquis vindictam facere ex iudicio rationis sine ira, sed quia motus irae excitatus [illegible] ex iudicio rationis facit promptiorem ad recte vindicandum. Non enim appetitus sensibilis adiuvaret ad exequendum iudicium rationis, frustra esset in natura humana. Tertiam rationem ponit ibi: iniuriantem autem etc. Et dicit quod ad servilem animum pertinet quod aliquis despiciat familiares suos et quod sustineat iniuriantes eis, ita scilicet quod non repellat iniurias debito modo. Hoc autem contingit ex defectu irae, quia per hoc redditur homo piger et remissus ad expellendum iniurias. Unde patet quod defectus irae est vituperabilis.

Deinde cum dicit superabundantia autem etc. determinat de superabundantia irae. Et primo ostendit quod huiusmodi vitium in multis circumstantiis contingit. Secundo determinat de speciebus ipsius, ibi: ipsi quidem iracundi etc. Dicit ergo primo quod superabundantia irae potest fieri secundum omnes circumstantias, in quantum scilicet aliquis irascitur quibus non oportet et in quibus non oportet, et magis quam oportet, et velocius et prius ad iram, et pluri tempore durat ira quam oportet. Non tamen omnes isti excessus inveniuntur in uno homine, quia propter molestiam quam ipse ex sua ira patitur, eo quod quodammodo molestius esset, non omnes simul non possunt. Et ita est sicut loquimur de malo, quod si esset integrum seipsum destrueret. Fieret enim importabile [illegible] collectio [illegible] si sit quod [illegible] non est, non potest esse malum, cum malum sit privatio boni. [illegible] autem [illegible] in quantum huiusmodi est bonum. Unde oportet quod malum non auferat totum bonum, sed adiacet bono [illegible] sicut caecitas aufert visum, non aufert aliquid [illegible] caecitas. Ex quo patet quod malum non potest esse integrum, quia sic auferendo totum bonum auferret et seipsum.

Deinde cum dicit: ipsi quidem iracundi etc. ponit tres species superabundantiae in ira. Quarum prima est illa quae dicitur iracundia vel propriae ad iram, qui irascuntur et quibus non oportet et in quibus non oportet, et vehementius quam oportet. Sed tamen modico tempore durat eorum ira, sed velociter ab ea requiescunt. Et hoc est optimum in eis quod accidit, quia non retinent iram intus in corde, sed statim propter excitationem quia vel retribuunt statim vindictam vel qualitercumque manifestant iram suam [illegible] velocitatem motus irae, et sic ira exhalata quiescunt, sicut et calor [illegible] magis consumitur. [illegible] autem [illegible] ad hanc speciem irae [illegible] videntur colerici [illegible] et velociter [illegible]. In hoc autem superabundantiam [illegible] acrocholi, id est extremi in ira [illegible] ab acuo quod est extremum et cholos quod est ira, quasi sint acuti et prompti ut irascantur omnibus. Unde et nominantur. Secundam speciem ponit ibi: amari autem etc. Et dicit quod amari sunt illi quorum ira difficile solvitur et diu irascuntur, quia retinent iram in corde. Tunc illorum ira requiescit quando retribuunt vindictam pro iniuria illata. Punitio enim facit quiescere impetum irae, dum loco tristitiae praecedentis inducit delectationem, in quantum scilicet aliquis delectatur de vindicta. Sed si hoc non fiat quod puniatur, continue affliguntur interius, quia non manifestant iram suam. Talis autem sustinendo eorum iram mitigare [illegible]. Sed cum ad hoc quod eorum digeratur necessarium est longum tempus, in quo paulatim tepescat et extinguatur accensio irae. Tales autem qui sic retinent iram diutinam sunt sibi ipsis molestissimi et praecipue amicis cum quibus delectari non possunt convivere. Et propter hoc vocantur amari. Ad hanc autem speciem superabundantiae maxime videntur dispositi melancholici, in quibus impressiones susceptae diu propter humoris grossitudinem perseverant. Tertiam speciem ponit ibi: difficiles autem etc. Et dicit quod illos dicimus difficiles sive graves qui irascuntur in quibus non oportet, et magis quam oportet, et pluri tempore quam oportet, et non commutantur ab ira sua nisi quod [illegible] puniant eos quibus irascuntur. Hoc enim est in eis diuturnitas irae non ex sola retentione ut possit extingui, sed ex opposito firmato ad puniendum.

g. ¶ Deinde cum dicit. Delectantis etc. determinat de oppositis vitiis. et circa hoc tria facit. primo determinat de vitio per quod aliqui
superhabundant in delectando. sive si non faciat propter aliud vocatur placidus. Si autem hoc faciat vel propter acquirendam pecuniam vel
aliquid aliud quod pecunia estimari potest vocatur blanditor sive adulator. secundo ibi. Qui autem omnibus contristat etc. determinat de opposito vitio
et dicit quod ille qui omnibus contristat vocatur litigiosus et discolus. tertio ibi. Videntur autem etc. id est opposita autem invicem etc. ostendit predicta duo vitia
sibi invicem [illegible] et dicit quod extrema [illegible] opposita sibi invicem non autem virtuti quia medietas virtutis est innominata.
h. ¶ Circa eadem autem fere etc. postquam philosophus determinavit de virtute que est medium in humanis actibus quantum ad delectationem. hic
determinat de virtute que est medium in eisdem humanis actibus quantum ad veritatem. et circa hoc [illegible] primo [illegible] secundo determinat de oppositis. ibi.
Utique iactator etc. circa primum tria facit. primo ostendit quod predicta virtus media est oppositis iactantie. secundo ostendit quod de hac
virtute est tractandum. ibi. Considerandum autem etc. tertio ostendit ordinem huius virtutis ad procedentem. ibi. Communiter utique etc. dicit ergo primo quod
medium oppositis iactantie est fere circa eadem cum predicta virtute quia est circa actus humanos sed non secundum quod [illegible] sed secundum
aliquid aliud ut patet dicetur. et ipsa medietas est innominata sicut predicta virtus.
-- Deinde [illegible] cum dicit. Considerandum autem etc. dicit quod necesse est determinare de hac virtute et ponit ad hoc duas rationes etc.
quarum prima [illegible] utile ad sciendum mores pertinentes [illegible] de hac virtute [illegible] magis sciemus eam que pertinet
ad mores si [illegible] tractando ea que pertinet ad singulas virtutes quia cognitio virtutum moralium perficitur per hoc quod [illegible]
[illegible] tantum [illegible] et medietates etc. [illegible] ostendendo in singulis ita se habere magis certificabimur quod virtutes sunt medietates quedam.
i. ¶ Deinde cum dicit Communiter utique etc. determinat ordinem huius virtutis ad precedentem et dicit quod de illis qui aliquid [illegible] ad de-
lectationem vel conversationem dictum est. restat autem dicere de illis qui sunt veri et falsi [illegible] in sermonibus et operibus et [illegible]
per fictionem factis. ¶ Deinde cum dicit. Utique iactator etc. determinat de virtute et vitiis. primo de virtute et vitiis contrariis. secundo determinat de
eis. ibi. De utique autem dicemus etc. circa primum tria facit. primo ostendit quod pertinet ad medium et extrema in hac materia. secundo ostendit quod [illegible]
[illegible] pertinent ad medium et extremos. ibi. Est autem homo [illegible]. tertio ostendit medium esse virtuosum. ibi. Per se autem etc.
dicit ergo primo quod iactator [illegible] superhabundantiam simulat aliqua gloriosa que
non sunt. et [illegible] quia simulat ea que insunt maiora esse quam sunt. Ille autem qui peccat per defectum dicitur esse [illegible]
et hoc duplex. uno modo quia negat vel minora gloriosa que insunt. alio modo quia dicit ea esse minora quam sunt. Sed medius quidem
medius dicitur anchothyastos. id est per se aminabilis quia non attendit [illegible] in admiratione esse quam sibi [illegible]
[illegible]. vel dicitur anthyphastos. id est per se manifestus quia talem se manifestat qualis est. est enim verax in quantum de se
confitetur ea que sunt. et hoc non solum sermone sed etiam vita [illegible] [illegible] sua conversatio conformis est sue [illegible]
[illegible] sicut et sua locutio
l. ¶ Deinde cum dicit. Est autem homo etc. ostendit quales predicti pertinent ad extremos et dicit quod utrique predictorum
actum [illegible] duplex facere. uno modo propter aliquid. puta cum aliquis negat se esse talem qualis est propter
honorem. alio modo non propter [illegible] ad aliquid sed propter hoc quod in tali actu delectatur. et hoc est proprium ad habitum quia unusquisque
secundum qualitatem sui habitus loquitur et operatur et vitam ducit. nisi quando aliquis operatur propter aliquid exigens.
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] propter

¶ Deinde cum dicit: Mansuetudini autem [illegible]

amicis. Difficiles autem dicimus in quibus non oportet sevientes et magis quam oportet et plus tempore et non commutantes sine vindicta vel punitione. Mansuetudini autem magis superabundantiam opponimus; etenim magis fit: humanum enim magis punire. Et ad convivere difficiles deteriores. Quod autem et in prioribus dictum est, et ex dictis manifestum. Non enim facile determinare qualiter et quibus et in quibus et quanto tempore irascendum, et usque ad quid recte facit vel peccat. Qui quidem enim parum transgreditur non vituperatur, neque in magis neque in minus. Quandoque enim deficientes laudamus et mansuetos dicimus, et irascentes viriles ut potentes principari. Qui autem quantum et qualiter transgrediens vituperabilis non facile ratione reddere. In singularibus enim et sensu iudicium. Sed quod quidem tale manifestum, quoniam quidem medius habitus laudabilis, secundum quem quibus oportet irascimur et in quibus oportet et ut oportet et omnia talia; superabundantie autem et defectus vituperabiles, et in parvum quidem fiente quiescibiles, in plus autem magis, in multum valde. Manifestum igitur quoniam medio habitui adherendum. Qui quidem igitur circa iram habitus dicti sunt.

In colloquiis autem et convivere et sermonibus et rebus communicare, hi quidem placidi videntur esse, omnia ad delectationem laudantes et nihil contradicentes, sed existimantes oportere sine tristitia quibus congruunt esse. Qui autem e contrario his ad omnia contrariantes et quod contristent nihil curantes, discoli et litigiosi vocantur. Quod quidem igitur dicti habitus vituperabiles sunt non immanifestum, et quoniam medius horum laudabilis, secundum quem recipiet que oportet et ut oportet, similiter autem et perhorrescet. Nomen autem non redditur ipsi aliquod, videtur autem maxime amicitie. Talis enim est qui secundum medium medium habitum, puta volumus dicere modestum amicum, diligere assumentes. Differt autem ab amicitia quoniam sine passione et dilectione quibus colloquitur. Non enim in amando vel odiendo recipit singula ut oportet, sed in eo quod talis est. Similiter enim ad ignotos et notos et consuetos et inconsuetos id faciet; verumptamen et in singulis ut congruit. Non enim similiter convenit consuetos et extraneos curare, neque rursus contristare. Universaliter quidem igitur dictum est quoniam quibus oportet colloquetur, referens conicietur non contristare vel condelectare. Videtur enim circa delectationes et tristitias esse eas que in colloquiis fiunt. Horum autem quecumque ipsi est non bonum vel nocivum condelectare, aspernabitur, et eliget contristare. Et si facienti autem deformitatem ferret, et hanc non parvam, vel nocumentum, contrarietas autem parvam tristitiam, non recipiet sed aspernabitur. Differenter autem colloquetur hiis qui in dignitatibus et quibuscumque, et magis vel minus notis. Similiter autem et secundum alias differentias singulis tribuens quod decet, et secundum se quidem eligens condelectare, contristare autem verens. Contingentibus autem si sint maiora consequitur, dico autem bono et conferenti. Et delectationis autem gratia que in posterum magne parva contristabit. Medius quidem igitur talis est, non nominatur autem. Condelectantis autem qui quidem ut iocundus sit coniectans, nullius alterius gratia, placidus; qui autem ut utilitas aliqua ipsi fiat in pecuniis et quecumque per pecunias, blanditor. Qui autem omnibus contristat, dictum est quoniam litigiosus et discolus. Opposita autem videntur extrema sibi ipsis propter

Circa eadem autem fere est et iactantie medietas innominata autem et ipsa. Non malum autem et tales pertransire. Magis enim utique sciemus que circa mores singulos pertranseuntes, et medietates esse virtutes credemus, in omnibus sic habere conspicientes. In convivere utique qui quidem ad delectationem vel tristitiam colloquuntur dicti sunt. De veridicis autem et fallacibus dicemus similiter in sermonibus et operationibus et fictione. Videtur utique iactator simulator esse gloriosorum et non existentium et maiorum quam existunt, yron autem e contrario negare que existunt vel minora facere, medius autem autocastos quis existens verax et vita et sermone, existentia confitens esse circa ipsum, et neque maiora neque minora. Est autem hoc singula et gratia alicuius facere et nullius. Unusquisque autem qualis est talia

[illegible]

¶ Deinde cum dicit: Deinde [illegible]

[illegible]

¶ In colloquiis autem et convivere et cetera. [illegible]

¶ Deinde cum dicit: [illegible]

¶ Deinde cum dicit: [illegible]

[illegible]

¶ Deinde cum dicit: [illegible] ... medius habitus cum tamen sit innominatus [illegible] nos possimus assimilatione nominare.

Quia autem existimus prius dicentes quoniam oportet medium eligere et non superabundantiam neque defectum, medium autem est ut ratio recta dicit, hoc dividamus. In omnibus enim dictis habitibus quemadmodum et in aliis est quoddam signum ad quod respiciens rationem habens intendit et remittit, et quidam terminus medietatum quas inter medium dicimus esse superabundantie et defectus existentes secundum rectam rationem. Est autem dicere quidem sic verum quidem, nichil autem manifestum. Etenim in aliis studiis circa que est scientia, hoc verum quidem dicere quoniam neque plura neque minora oportet laborare neque negligere, sed media et ut recta ratio. Hoc autem solum habens utique aliquis nichil utique sciet amplius, puta qualia oportet afferri ad corpus, si quis dicat quecumque medicinalis iubet et ut qui hanc habet. Propter quod oportet et circa anime habitus non solum verum esse hoc dictum, sed et determinatum que est recta ratio et huius quis terminus. Anime autem virtutes dividentes has quidem esse morales diximus, has autem intellectuales. De moralibus quidem igitur pertransivimus. De reliquis autem de anima prius dicentes dicimus sic. Prius quidem igitur dictum est duas esse partes anime, et rationem habentem et irrationale. Nunc autem de rationem habente eodem modo dividendum. Et supponatur duo rationem habentia, unum quidem quo speculamur talia entium quorum principia non contingunt aliter habere, unum autem quo contingentia. Ad ea enim que genere altera et anime particularum alterum genere ad utrumque aptum natum, siquidem secundum similitudinem quandam et proprietatem cognitio existit ipsis. Dicatur autem horum hoc quidem scientificum, hoc autem ratiocinativum. Consiliari enim et ratiocinari idem; nullus autem consiliatur de non contingentibus aliter habere. Quare ratiocinativum est quedam una pars rationem habentis. Sumendum igitur utriusque horum quis optimus habitus. Hec enim virtus utriusque, virtus autem ad opus proprium. Tria autem sunt in anima dominativa actus et veritatis: sensus, intellectus, appetitus. Horum autem sensus nullius principium actus. Manifestum autem eo quod bestie sensum quidem habent, actu autem non communicant. Est autem quod in mente affirmatio et negatio, hoc in appetitu prosecutio et fuga. Quare quoniam moralis virtus habitus electivus, electio autem appetitus consiliativus, oportet propter hoc quidem rationem veram esse et appetitum rectum, siquidem electio studiosa, et eadem hanc quidem dicere, hec autem prosequi. Hec quidem igitur mens et veritas practica. Speculative autem mentis et non practice neque factive bene et male verum est et falsum. Hoc enim est omnis intellectivi opus. Practici autem et intellectivi veritas confesse habens appetitui recto. Actus quidem igitur principium electio, unde motus, sed non cuius gratia. Electionis autem appetitus et ratio que gratia alicuius. Propter quod neque sine intellectu et mente neque sine morali est habitu electio. Bona actio enim et contrarium in actione sine intellectu et more non est. Mens autem ipsa nichil movet, sed que gratia huius et practica. Hec enim et factive principatur. Gratia enim huius facit omnis faciens. Et non finis simpliciter, sed ad aliquid et alicuius, factum. Sed non actibile; bona actio enim finis. Appetitus autem huius. Propter quod vel appetitivus intellectus electio vel appetitus intellectivus. Et tale principium homo. Non est autem eligibile nichil factum, puta nullus eligit Ylion captam fuisse; neque enim consiliatur de facto, sed de futuro et contingenti. Factum autem non contingit non fieri. Propter quod recte A-

[illegible]

agathon solo enim ipso et deus privatur ingenita facere que utique sunt facta. Veritatis utique utrarumque intellectivarum particularum veritas opus. Secundum quos igitur maxime habitus utrumque dicet verum, ipse virtutes ambarum. Incipientes igitur superius rursus de ipsis dicamus. Sint utique quibus verum dicit anima affirmando vel negando quinque numero. Hec autem sunt ars, scientia, prudentia, sapientia, intellectus. Suspicione enim et opinione contingit falsum dicere. Scientia quidem igitur quid est hinc manifestum, si oportet certificare et non sequi similitudines. Omnes enim suspicamur quod scimus non contingere aliter habere. Contingentia autem aliter, cum extra speculari fiant, latent si sunt vel non. Ex necessitate igitur est scibile. Eternum igitur. Ex necessitate enim entia simpliciter omnia eterna. Eterna autem ingenita et incorruptibilia. Adhuc docibilis omnis scientia videtur esse et scibile discibile. Ex precognitis autem omnis doctrina, quemadmodum et in analeticis diximus. Hec quidem enim per inductionem, hec autem sillogismo. Inductio quidem utique principium est et universalis, sillogismus autem ex universalibus. Sunt igitur principia ex quibus sillogismus quorum non est sillogismus. Inductio igitur. Scientia quidem igitur est habitus demonstrativus et quecumque alia determinavimus in analeticis. Cum enim aliqualiter credat et cognita ipsi sint principia, scit. Si enim non magis conclusione, secundum accidens habebit scientiam. De scientia quidem igitur determinatum sit hoc modo. Contingentis autem aliter habere est aliquid et factibile et actibile. Alterum autem est factio et actio. Credimus autem de ipsis et exterioribus sermonibus. Quare et cum ratione habitus activus alter ab eo qui cum ratione factivo habitu. Et neque continentur sub invicem actio et passio; neque enim actio factio, neque factio actio est. Quia autem edificativa ars quedam est et quidem habitus quidam cum ratione factivus, et nulla neque ars est que non cum ratione factivus habitus est, neque talis que non ars, idem utique erit ars et habitus cum ratione vera factivus. Est autem ars omnis circa generationem et artificiare et speculari qualiter utique fiat aliquid contingentium et esse et non esse, et quorum principium in faciente et non in facto. Neque enim de hiis que ex necessitate sunt vel fiunt ars est, neque de hiis que secundum naturam. In se ipsis enim habent hec principium. Quia autem factio et actio alterum, necesse artem factionis esse, sed non actionis. Et quodam modo quedam circa eadem est fortuna et ars, quemadmodum et agathon ait: Ars fortunam dilexit et fortuna artem. Ars quidem igitur ut dictum est habitus quidam cum ratione vera factivus est. Atechnia autem e contrario cum ratione falsa factivus habitus circa contingens aliquid habere. De prudentia autem sic utique assumamus speculantes quos utique dicimus prudentes. Videtur autem prudentis esse posse bene consiliari circa ipsi bona et conferentia, non secundum partem, puta qualia ad sanitatem vel fortitudinem, sed ad bene vivere totum. Signum autem quoniam et circa aliquid prudentes dicimus, quando ad finem aliquem studiosum bene ratiocinabuntur, quorum non est ars. Quare et totaliter utique erit prudens consiliativus. Consiliatur autem nullus de impossibilibus aliter habere, neque in contingentibus ipsi agere. Quare si scientia quidem cum demonstratione, quorum autem principia contingunt aliter habere horum non est demonstratio, omnia enim contingunt et aliter habere, et non est consiliari de hiis que ex necessitate sunt, non utique erit prudentia scientia neque ars. Scientia quidem quoniam contingit actibile aliter habere, ars autem quoniam aliud genus actionis et factionis. Relinquitur igitur ipsam esse habitum verum cum ratione activum circa homini bona et mala. Factionis quidem alterum finis, actionis autem non utique. Est enim ipsa eupraxia

[illegible]

c.1. ¶ Deinde cum dicit: Et circa modos quidem etc. ostendit quod eadem materia est artis et fortune, et dicit quod fortuna et ars sunt circa eadem secundum aliquem modum. Verumtamen non est circa omnia que fiunt per intellectum, sed ars est cum ratione, fortuna sine ratione. Et hinc dicit Agathon designans dicens quod ars diligit fortunam et fortuna artem, in quantum scilicet in idem conveniunt. ¶ Deinde cum dicit: Ars quidem igitur etc. determinat de arte per rationem ad eius oppositum, et dicit quod sicut predictum est quod ars in predictis est quidam habitus factivus cum ratione vera, ita inartificialitas contrarie est habitus factivus cum ratione falsa circa contingens aliter se habere.

h. ¶ De prudentia autem sic utique accipiemus etc. Postquam philosophus determinavit de arte, hic determinat de prudentia, et primo ostendit quid sit prudentia. Secundo quod sit circa omne, idest circa dubitabilia aut contingentia etc. Circa primum tria facit: primo ostendit quod sit prudentia; secundo ostendit quod differt ab arte, quantum ad rationem virtutis, idest sed tamen artis etc. Circa primum tria facit: primo ostendit quod sit prudens. Secundo quod sit prudentia, idest consiliari autem nullus etc. Circa primum tria facit: primo determinat modum agendi, et dicit quod sic oportet assumere de prudentia, quod considerando quos dicimus prudentes. Secundo, idest Videtur autem prudentis etc. ostendit qui sunt prudentes, et dicit quod ad prudentem videtur pertinere quod sit potens ex facultate habitus bene consiliari circa bona et utilia, non quidem in aliquo particulari negotio puta qualia sint bona vel utilia ad sanitatem vel fortitudinem corporalem, sed circa ea que sunt bona et utilia et hoc quantum ad totam humanam vitam sit habere. Tertio, idest Signum autem etc. manifestat diffinitionem per signum, et quod illi dicuntur prudentes non simpliciter sed circa aliquod determinatum, qui possunt bene ratiocinari de hiis que sunt bona et utilia et ad aliquem finem determinatum. Cum enim finis sit bonum, per ratiocinari de hiis que pertinent ad malum finem non dicitur prudentie. Cum in hiis sit circa ea que non est ars, quod bene ratiocinari de hiis non pertinet ad prudentiam sed ad artem. Quare idest qui est bene consiliativus ad aliquod particulare est prudens particularis in aliquo negotio. Unde est quod ille sit totalis et simpliciter prudens qui est bene consiliativus de hiis que pertinent ad totam vitam.

i. ¶ Deinde cum dicit: Consiliatur etc. ostendit quod sit prudentia, et primo ponit diffinitionem prudentie. Secundo manifestat per signa, ibi: Propter hoc et Periclem et tales etc. Circa primum tria facit: primo ostendit ex premissis dictis dictam prudentiam ad alios habitus supradictos scilicet scientiam et artem, secundum concludit diffinitionem prudentie, idest Relinquitur igitur etc. Tertio assignat rationem eiusdem per directum, idest Finis quidem non etc. Dicit igitur primo quod nullus consiliatur videlicet de hiis que sunt simpliciter impossibilia aliter se habere. Unde de hiis que sunt simpliciter impossibilia aliter se habere non est consilium. Accipiamus igitur ea que supra dicta sunt scilicet quod scientia est per demonstrationem, et tamen demonstratio non potest esse de hiis quorum principia contingunt aliter se habere omnino, quia ex principiis vel consequentibus possunt aliter se habere. Sed non potest esse, quia principium debilius habent quam ea que sunt ex principiis. Quare contingit autem in hiis ea que iam dicta sunt. Scilicet quod consilium non sit de hiis que sunt ex necessitate, et quod prudentis sit consiliari. Quod deinde est supra, quod prudentis est bene consiliari. Ex quo ulterius sequitur quod prudentia neque sit scientia neque ars, et quod non sit scientia patet per hoc quod agibilia de quibus est consilium, circa que est prudentia, que possunt aliter se habere, et circa talia non est scientia. Quod autem prudentia non sit ars patet per hoc, quia aliud est genus actionis et factionis. Unde prudentia que est circa actiones differt ab arte que est circa factiones.

k. ¶ Deinde cum dicit: Relinquitur igitur etc. concludit ex premissis diffinitionem prudentie, et dicit quod ex quo non est prudentia non est scientia, que est habitus demonstrativus circa necessaria, et non est ars que est habitus cum ratione factivus, relinquitur quod prudentia sit habitus cum ratione activus, non quidem circa factibilia sed que sunt circa hominem, scilicet circa bona et mala ipsius hominis.

l. ¶ Deinde cum dicit: Factionis quidem etc. assignat rationem eius quod dixit scilicet quod prudentia sit habitus activus circa homines bona et mala. Omnis est enim quod alius finis factionis sit aliquid aliud ab ipsa factione sicut finis edificationis est edificium constructum. Et sic patet quod bonum ipsius factionis non est in faciente sed in facto. Et sic ars que est circa factionem non est circa hominis bona et mala, sed artificiatorum. Sed finis actionis non est semper aliquid aliud ab actione quia quandoque eupraxia, idest bona operatio est finis ipsius, idest eius que est ut agentis, quod tamen non est semper. Nam plurimum actionum ordinatur ad aliud sicut ad finem. Sicut consiliatio exercitium ordinatur ad constitutionem exercitus. Finis autem est bonum universaliter et sic patet quod bonum actionis est in ipso agente. Unde prudentia que est circa actiones videtur esse circa hominis bona.

f. ¶ Deinde cum dicit. Quare manifestum etc. Infert quandam conclusionem ex dictis et dicit quod sapientia est certissima. principiorum autem demonstrationum sit contra [illegible]. conclusionibus quare sapiens non solum sciat ea que ex principiis demonstrationum concluduntur sed etiam de quibus [illegible]. sed et quod unum est dicere [illegible] ipsa principia non quod demonstret ea. sed in quantum pertinet ad sapientem notificare [illegible] puta totum et parte equalia et inequale [illegible] et contra hiis qui [illegible] statuunt principia demonstrationum immobilia. unde et ad hiis sapientem pertinet disputare contra negantes principia ut patet in iiii metaphysice. Concludit igitur ultimo concludit quod sapientia est intellectus dicit [illegible] principia [illegible] in quantum autem sciat ea que ex principiis concluduntur et scientia distinguitur [illegible] scientia [illegible] supra [illegible] communem qui habet [illegible] est enim [illegible] scientie

g. ¶ Et quatenus modo capitis huius etc. [illegible] philosophus [illegible] dicit quod sit preципua simpliciter. secundo quod sit precipua in [illegible] singularis [illegible]. primo dicit quod sit precipua inter ea. et primo ostendit quod sit precipua simpliciter. secundo infert quandam conclusionem ex dictis [illegible] autem quandam utique hic etc. circa primum duo facit. primo ostendit quod sapientia sit simpliciter precipua inter omnes. secundo infert quandam conclusionem ex dictis. secundo excludit errorem [illegible] per signum quandam ea que dicta sunt [illegible] propter quod Anaxagoram etc. circa primum tria facit. primo [illegible] intendit. secundo excludit errorem [illegible] quod sapientia non est quecumque scientia sed scientia [illegible] honorabilium [illegible] in [illegible] etc. [illegible] concludit [illegible] ex dictis utique [illegible] etc. dicit quod [illegible] quod sapientia non est [illegible] in capite dignitatem modo et ordinem ac si ipsa habeat vicem capitis inter omnes scientias. sicut enim [illegible] qui sunt in capite [illegible] omnes alie sua principia supponunt opiniones [illegible] ita sapientia dirigit omnes alias scientias [illegible] ab ea omnes alie sua principia supponunt. [illegible] excludit [illegible]

h. ¶ Deinde cum dicit. Inconveniens autem etc. excludit [illegible] politice que gubernat [illegible] propter quam [illegible] gubernat errorem qui attribuebant principatum inter omnes scientias politice [illegible] ut dicit in primo metaphysice [illegible] quod ad valorem scientiam [illegible] magis quam [illegible] sive enim speculative [illegible] huiusmodi errorem [illegible] quandam obiectionem [illegible] sed sunt [illegible] honorabiles. circa hoc duo facit. primo excludit [illegible] errorem [illegible] politica propter [illegible] scientiam [illegible] optimum etc. circa primum ponit duas rationes [illegible] dicit quod [illegible] est si quis politicam vel prudentiam estimat esse scientiam [illegible] optimam [illegible] non possit [illegible] optimum [illegible] in mundo [illegible] optimam inter scientias [illegible] non possit [illegible] optimum [illegible] in mundo. quare neque politica neque [illegible] melior et honorabilior ut dicit in primo [illegible] optimum [illegible] que sit optime inter scientias. [illegible] politica [illegible] sanum etc. [illegible] ex hiis [illegible] que non est [illegible] sanum et bonum hominibus et piscibus. [illegible] que dicta sunt [illegible] non possunt esse eadem [illegible] quod non est [illegible] sanum [illegible] sapientia est que in se absolute sunt talia. et [illegible] absolute sit album in coloribus et rectum in figuris. et quod sapientia est que in se absolute [illegible] sed [illegible] prudentia [illegible] quod sit alterum [illegible] quod sapiens [illegible] et quod sit eadem sapientia simpliciter in omnibus. sed [illegible] prudentia [illegible] proportionem et [illegible] ad [illegible] qui [illegible] speculari singula que pertinent ad se ipsum [illegible] prudentiam [illegible] homines dicunt quasdam bestias esse prudentes [illegible] videntur [illegible] esse prudentia [illegible] quandam [illegible] homines [illegible] ad prudentiam pertinet. Concludit igitur ultimo quod sapientia [illegible] quandam [illegible] non [illegible] ad prudentiam pertinet. [illegible] politica [illegible] sapientia que est precipua inter omnes [illegible] politica [illegible] sit [illegible] scientia que est [illegible] politica [illegible] sapientia que est omnium capitis. sequitur quod [illegible] non enim potest esse una aliqua [illegible] ea que sunt bona [illegible] sed [illegible] quod [illegible] alia sit altera [illegible] quod sit bonum [illegible] et eadem [illegible] de medicina que non [illegible] quod [illegible] alia sit altera [illegible] sit bonum [illegible] et eadem [illegible] quare [illegible] sola [illegible] bona omnium. [illegible] enim [illegible] quod sicut sanum ita et bonum est alterum in hominibus et piscibus. quare [illegible] sola bona [illegible] politica que est gubernativa [illegible] sapientiam quod [illegible] ea [illegible] considerare ea que sunt [illegible] omnibus [illegible] politica que est gubernativa universi [illegible] non potest esse sapientia simpliciter et multo minus prudentia [illegible] que est gubernativa universi.

i. ¶ Deinde cum dicit. Si autem quoniam etc. excludit quandam obiectionem [illegible] dicere politicam seu prudentiam [illegible] sit de rebus humanis esse precipuam quia [illegible] est excellentior inter alia [illegible] hoc [illegible] quia quandam aliam [illegible] sunt multum diviniora [illegible] excellentiam quam homo et ut taceamus de deo et substantiis separatis que non [illegible] et ipsa que [illegible] manifestissima sunt [illegible] mundus constat scilicet celestia corpora [illegible] sive corpora sive [illegible] motores [illegible] huius.

[illegible commentary, upper margin]

finis. Propter hoc Periclea et tales prudentes existimamus esse, quoniam ipsis bona et aliis possunt speculari. Esse autem tales existimamus dispensativos et politicos. Hinc et temperantiam hoc appellamus nomine, velud salvantem prudentiam. Salvat autem talem existimationem. Non enim omnem existimationem corrumpit neque pervertit delectabile et triste, puta quoniam trigonum duos rectis equales habet vel non habet, sed eas que circa operabile. Principia quidem enim operabilium, quod cuius gratia operabilia. Corrupto autem propter delectationem vel tristitiam, confestim non apparebit principium, neque oportere huius gratia neque propter hoc eligere omnia et operari. Est enim malicia corruptiva principii. Quare necesse prudentiam habitum esse cum ratione verum, circa humana bona operativum. Sed tamen artis quidem est virtus, prudentie autem non est. Et in arte quidem volens peccans eligibilior, circa prudentiam autem minus, quemadmodum et circa virtutes. Manifestum igitur quoniam virtus quedam est et non ars. Duabus autem entibus partibus anime rationem habentium, alterius utique erit virtus, opinative. Opinio enim circa contingens aliter habere est, et prudentia. Sed tamen neque habitus cum ratione solum. Signum autem quoniam oblivio talis quidem habitus est, prudentie autem non est.

Quoniam autem scientia de universalibus est existimatio et ex necessitate entium, sunt autem principia demonstrabilium et omnis scientie, cum ratione enim scientia, principii scibilis neque utique scientia erit neque ars neque prudentia. Scibile quidem enim demonstrabile. Hec autem existentes circa contingentia aliter habere. Sed neque utique sapientia horum est. Sapientis enim de quibusdam habere demonstrationem est. Si utique quibus verum dicimus et nequaquam mentimur circa incontingentia vel contingentia aliter habere scientia et prudentia est et sapientia et intellectus, horum autem trium nullum contingit esse (dico autem tria prudentiam sapientiam scientiam), relinquitur intellectum esse principiorum. Sapientiam autem in artibus certissimis artes assignamus, puta Phidiam lathomum sapientem et Policleton statuificem. Hic quidem igitur nichil aliud existimantes sapientiam quam quoniam virtus artis est. Esse autem quosdam sapientes existimamus totaliter, non secundum partem neque aliud quid sapientes, quemadmodum Homerus ait in Margite: Hunc autem neque utique fossorem dii posuerunt neque aratorem neque aliter quid sapientem. Quare manifestum quoniam certissima utique scientiarum erit sapientia. Oportet igitur sapientem non solum que ex principiis scire, sed et circa principia verum dicere. Quare erit utique sapientia intellectus et scientia, et quemadmodum caput habens scientia honorabilissimorum. Inconveniens enim siquis scientiam politicam vel prudentiam studiosissimam existimat esse, si non optimum eorum que in mundo homo est. Si utique sanum quidem et bonum alterum hominibus et piscibus, album autem et rectum idem semper, et sapiens idem omnes utique dicent, prudens autem alterum. Circa se ipsum enim singula quod bene speculans dicent utique esse prudens, et huic concedent ipsa. Propter quod et bestiarum quasdam prudentes aiunt esse, quecumque circa ipsarum vitam videntur potentiam habere provisivam. Manifestum autem utique erit quoniam non utique erit sapientia et politica eadem. Si enim eam que circa utilia ipsis dicant sapientiam, multe erunt sapientie. Non enim una circa omnium bonum animalium, sed altera circa singula, si non et medicinalis una de omnibus entibus. Si autem quoniam optimum homo aliorum animalium, n

[illegible commentary, left margin]

B

Deinde cum dicit [illegible commentary]

C

[illegible commentary]

D

Deinde cum dicit Sapientiam autem [illegible commentary]

Deinde cum dicit [illegible commentary]

[illegible]

[illegible]

differt. Etenim homine alia multum diviniora secundum naturam, puta manifestissima ex quibus mundus constat. Ex dictis utique manifestum quoniam sapientia est et scientia et intellectus honorabilissimorum natura. Propter quod Anaxagoram et Thalem et tales sapientes quidem, prudentes autem non aiunt esse, cum videant ignorantes conferentia sibi ipsis, et superflua quidem et admirabilia et difficilia et intellectualia scire ipsos aiunt, inutilia autem, quoniam non humana bona querunt. Prudentia autem circa humana et de quibus est consiliari. Prudentis enim maxime hoc opus esse dicimus, bene consiliari. Consiliatur autem nullus de impossibilibus aliter habere, neque de quibus non finis aliquis est, et hoc operabile bonum. Simpliciter autem bonus consiliator, optimi homini operabilium coniectativus secundum rationem. Neque est prudentia universalium solum, sed oportet et singularia cognoscere. Activa enim, actus autem circa singularia. Propter quod et quidam non scientes quibusdam scientibus magis activi, et in aliis experti. Si enim sciat quoniam leves bene digestibiles carnes et sane, quales autem leves ignorat, non faciet sanitatem; sed sciens quoniam que volatilium leves et sane faciet magis. Prudentia autem activa; quare oportere ambas habere, vel hanc magis. Erit autem utique quedam et hic architectonica. Est autem et politica et prudentia idem quidem habitus, esse autem non idem ipsis. Eius autem que circa civitatem, hec quidem ut architectonica prudentia legis positiva, hec autem ut singularia commune habet nomen politica. Ipsa autem activa et consiliativa. Sententia enim operabilis ut extrema. Propter quod conversari hos solum dicunt. Soli enim operantur isti quemadmodum cheirotechne. Videtur autem et prudentia maxime esse que circa ipsum et unum, et habet ipsa commune nomen prudentia. Illarum autem hec quidem yconomia, hec autem legis positio, hec autem politica, et huius hec quidem consiliativa, hec autem iudicativa. Species quidem utique igitur quedam erit cognitionis sibi ipsi scire, sed habet differentiam multam. Et videtur qui circa se ipsum sciens et conversans prudens esse, politici autem polypragmones. Propter quod et Euripides: Qualiter autem utique prudens essem, cui aderat inegociose in multis numeratum exercitu equali participare? Superfluos enim et aliquid operantes amplius. Querunt enim sibi ipsis bonum, et existimant oportere operari. Ex hac igitur opinione venit hos prudentes esse. Quamvis forte non est hoc ipsius sine yconomia neque sine urbanitate. Adhuc autem que ipsius qualiter oportet disponere immanifestum et intendendum. Signum autem est quod dictum est, et quoniam geometrici quidem iuvenes et disciplinativi fiunt et sapientes talia, prudens autem non videtur fieri. Causa autem quoniam et singularium est prudentia, que fiunt cognita ex experientia. Iuvenis autem expertus non est. Multitudo enim temporis facit experientiam. Quia et hoc utique aliquis intendet, propter quid mathematicus quidem puer fiet utique, sapiens autem vel physicus non. Vel quoniam hec quidem per abstractionem sunt, horum autem principia ex experientia. Et hec quidem non credunt iuvenes sed dicunt, horum autem quod quid est non immanifestum. Adhuc peccatum vel circa universale in consiliando, vel circa singulare. Vel enim quoniam omnes ponderose aque prave, vel quoniam hec aliqua ponderosa. Quoniam autem prudentia non est scientia, manifestum. Extremi enim est, quemadmodum dictum est. Operabile enim tale. Opponitur quidem

[illegible]

Deinde cum dicit · quamvis non forte et cetera · excludit hunc errorem · et dicit quod proprium bonum unicuique singulariter non potest sine yconomica
dispensatione domus neque urbanitate · id est vera dispensatione civili · sicut non bonum patris potest esse sine bono totius domus · unde propter
[illegible] et yconomica non intendunt tantum ad solum sed tantum etiam ad seipsos patrum non tantum sufficit politica et yconomica prudentia propter
[illegible] dispensationem civilem et domo ad hoc est in manifesto · qualiter oportet disponere ea que ad seipsum pertinet · et non oportet ad hoc intendere propter prudentiam
[illegible] que est tantum proprium bonum · Deinde cum dicit · Signum autem et cetera · manifestat quoddam quod superius dictum est · scilicet quod prudentia non sit solum circa
universalia sed tantum singularia · et tantum hic duo facit primo ostendit propositum · secundo ex hoc comparat prudentiam scientie intellectui · ibi · Quoniam autem prudentia et cetera
[illegible] primo ponit duas rationes tantum · quarum prima dicit facit primo manifestat propositum secundo signum quoddam · secundo tantum hic quoddam quoniam intervenit · ibi · quod et hic
[illegible] et cetera · dicit ergo primo quod signum est quod superius est dictum · scilicet quod prudentia non sit solum circa universalia sed tantum particularia · quod iuvenes
fiunt geometri et disciplinati · scilicet in scientiis disciplinalibus sicut mathematicis et fiunt sapientes in talibus · id est ad perfectionem et terminum huius
[illegible] pertingentes · non autem videtur quod iuvenis sit prudens cuius causa est quia prudentia est tantum singularium que fiunt nobis cognita per
experientiam · iuvenis autem non potest esse expertus · quia ad experientiam requiritur tempus multum ·
Deinde cum dicit · [illegible] et hic utique et cetera · movet tantum hoc quoddam · scilicet quare possit fieri mathematicus non autem possit fieri sapiens · id est methaphisicus
physicus · id est naturalis · et ad hoc dicit quantum ad naturalem · quia hic quidem · scilicet mathematica cognoscuntur et per abstractionem a sensibilibus per experientiam quam non
[illegible] experientiam et ideo non requiritur cognoscendo talia tempus multum · sed principia naturalium que non sunt abstracta a sensibilibus per experientiam
[illegible] ad quam requiritur tempus multum · quantum autem ad sapientiam subiungit quod iuvenes sapientalia · id est methaphisicalia
[illegible] credunt · id est non attingunt mente licet ea non dicant ore · sed tantum mathematicus non est immediate quod est cuius ratio est quia rationes
mathematice sunt in ymaginatione · Sapientalia autem sunt pure intellectualia · Iuvenes autem de facili possunt capere ea que sub
ymaginatione cadunt · sed ea que excedunt sensum et ymaginationem non attingunt mente · quia non habent intellectum ex
[illegible] ad tales considerationes · tum propter parvitatem temporis tum propter plurimas mutationes nature · Circa quod hic congruus ordo addiscendi
[illegible] ut primo quidem pueri logicalibus instruantur quia logica docet modum totius philosophie · secundo autem instruendi sunt in mathematicis
que experientia non indigent nec ymaginationem transcendunt · tertio autem in naturalibus que et si non excedunt sensum et ymaginationem
requirunt tamen experientiam · Quarto autem et in moralibus que requirunt et experientiam · et animum a passionibus liberum ut in primo dictum est ·
[illegible] autem in sapientialibus et divinis que transcendunt ymaginationem et requirunt validum intellectum · Deinde item
[illegible] · id est ad hoc peccatum et cetera · Deinde est non prudentis opus est bene consiliari · In consiliando autem contingit dupliciter peccare · uno
modo circa universale · puta an hic sit verum quod omnes que aque ponderose sunt prave · Alio modo circa singulare · puta an hec aqua sit
ponderosa · ergo quod prudentia sit circa universalia et circa singularia ·
Deinde cum dicit · Quoniam autem prudentia et cetera · comparat prudentiam primo quidem scientie · secundo autem intellectui · Quod scilicet · ibi · Suscepti quidem igitur et cetera
dicit primo quod ex predictis est manifestum quod prudentia non est scientia · Scientia non est universalium ut supra dictum est · prudentia autem est · id est singularium
operabilium que est singulare · et sic quod prudentia non est scientia ·
Deinde cum dicit · Suscepti quidem igitur et cetera · comparat prudentiam intellectui · et primo ostendit · secundo dicit · ibi · quere autem et cetera · dicit quod
[illegible] tantum scientia quoniam prudentia sunt suscepti secundum alteram intellectum · id est habent aliquam coherentiam cum intellectu · quo habetur
[illegible] · Deinde est non supra quod intellectus est quedam ratio ex fine terminorum · id est principiorum indemonstrabilium · quorum non est ratio quia non potest
[illegible] non est scientia que non probatur ratione · sed est sensus quoniam autem · prudentia est extremi · scilicet singularis operabilis · quia oportet accipi ut principium in agendis
[illegible] colores sonos et huiusmodi que est sensus proprius · sed sensum interiorem quo percipimus ymaginationem sicut in mathematicis cognoscimus
[illegible] · id est singularem triangulum ymaginatum · quia est ultimum · id est in mathematicis statur ad ad singulare ymaginabile sicut in
[illegible] et ad ad ultimum sensibile et ad ultimum sensum · id est interiorem magis pertinet prudentia per quam perficitur ratio singularis · ad recte
[illegible] de singularibus interioribus operabilibus · unde et animalia bruta que habent bonam estimationem naturalem dicuntur prudentes
[illegible] · sed illi sensus qui est circa propria sensibilia que est quedam species perfectiva puta industria quoddam discernit colores et
[illegible] et alia huiusmodi · et vera prudentia est circa intellectum in hoc quod est alius communis ·

h. ¶ Deinde cum dicit. Est autem et synesis etc. postquam philosophus determinavit de eubulia, hic determinat de synesi. et circa hoc duo facit.
primo comparat synesim scientie et opinioni. secundo prudentie, ibi, Est quidem etc. circa primum duo facit. primo ostendit quod non omnis scientia vel opinio est synesis.
secundo ostendit quod nulla scientia est synesis, ibi, Neque enim etc. dicit ergo primo quod synesis secundum quam dicimus aliquos esse synetos, id est sensatos,
et contrarium eius quod est asynesia secundum quam dicimus aliquos esse asynetos, id est insensatos, non est totaliter idem quod scientia vel opinio. [illegible] enim est qui
non habeat aliquam scientiam vel opinionem. Si ergo omnis scientia vel opinio esset synesis sequeretur quod omnes homines essent sensati,
quod patet esse falsum.
i. ¶ Deinde cum dicit. Neque aliqua una etc. ostendit quod nulla scientia sit synesis. et dicit quod synesis non est
aliqua scientiarum particularium, quia si esset medicina esset de sano et egro. si autem esset geometria esset circa magnitudines. [illegible]
autem [illegible] scientie sint de entibus sempiternis et immobilibus, sicut scientie divine, circa quas non dicitur esse synesis. Neque etiam dicitur esse de hiis
que fiunt sive a natura sive ab homine, sicut de quibus sunt scientie naturales et artificiales. sed de illis est de quibus potest aliquis dubitare et consiliari.
Et sic patet quod synesis non est aliqua scientia.
k. ¶ Deinde cum dicit. Est quidem etc. comparat synesim prudentie. et concludit ex premissis convenientiam utriusque. quia enim synesis
est circa consiliabilia circa que et est prudentia ut supra ostensum est, sequitur quod synesis sit circa eadem cum prudentia. secundo ibi, Non est
autem idem. ostendit differentiam utriusque. et primo ostendit quod synesis non est prudentia. secundo ostendit quod non sit ei contraria, ibi, Est autem
non habere prudentiam etc. Dicit ergo primo quod quamvis synesis et prudentia sint circa eadem non tamen sunt omnino idem. Cuius ratio est quoniam
in speculativis in quibus non est actio est solum duplex opus rationis, scilicet invenire inquirendo et de inventis iudicare. et hec
duo opera sunt rationis practice, cuius inquisitio est consilium quod pertinet ad eubuliam. iudicium autem de consiliatis
pertinet ad synesim. illi autem dicuntur sensati qui possunt bene iudicare de agendis. Non autem stat hic ratio
practica sed ulterius procedit ad agendum. et ideo necessarium est tertium opus quasi finale et completivum, scilicet precipere quod producatur ad
actum. et hoc proprie pertinet ad prudentiam. Unde dicit quod prudentia est preceptiva in quantum scilicet est finis ipsius determinare quid oporteat
agere. sed synesis est solum iudicativa. et pro eodem accipitur synesis et eusynesia, id est bonus sensus. sicut et dicuntur
synetoi et eusynetoi, id est sensati et bene sensati, quorum est bene iudicare. et sic patet quod prudentia est eminentior quam
synesis sicut et synesis quam eubulia. Inquisitio enim ordinatur ad iudicium sicut ad finem et iudicium ad preceptum.
l. ¶ Deinde cum dicit. Est autem non habere etc. ostendit quod synesis non est contraria prudentie. et dicit quod sicut synesis non est
idem quod prudentia ita non est idem cum hoc quod est habere prudentiam aut cum hoc quod est acquirere eam. sed sicut [illegible]
dicere quod est [illegible] scientie dicitur synesis, sic et synesis dicitur in hoc quod aliquis utitur opinione practica in hoc quod iudicat de
hiis in quibus est prudentia [illegible] ab alio [illegible] iudicare bene [illegible] idem est ei quod bene [illegible] synesis secundum
quam dicuntur aliqui eusyneti qui bene iudicantes vel bene sensati [illegible] synesis [illegible] hoc quod est discere.
multotiens enim discere nominatur synesis [illegible] aliquem usum intellectus [illegible] quidam
usus non solum est discere sed et est iudicare synesis [illegible] synesis [illegible] usus qui est iudicativus
[illegible] illi qui est discere. Unde synesis non est idem quod habere prudentiam [illegible] quidam putaverunt.
m. ¶ Deinde cum dicit. Vocata autem gnome etc.
determinat de tertia virtute que vocatur gnome. et ad huius evidentiam [illegible] supra dictum est in quinto [illegible] dedimus
eubulie et iusti legalis. iustitia enim legalis dirigitur [illegible] in pluribus convenit. sed [illegible] epieikes est directivum iusti legalis
ex eo quod necesse legem deficere in paucioribus. Sic ergo synesis importat iudicium rectum circa ea que sunt in pluribus. Sed
ista gnome importat iudicium rectum circa directionem iusti legalis. et ideo dicit quod illud est quod vocatur gnome secundum quam
dicimus aliquos eugnomonas, id est bene sententiantes, et habere gnomen, id est attingere ad rectam sententiam [illegible] est autem
[illegible] epieikes [illegible] signum est quod [illegible] epieikes [illegible] dicimus esse syngnomicon
[illegible] quedam clementia et equalis sententia [illegible] epieikes dicitur habere syngnomen [illegible]
[illegible] syngnome est recte iudicativa eius quod est epieikes et in hoc est recta quia verum iudicat.

[illegible]

utique intellectum. Intellectus quidem enim terminorum, quorum non est ratio. Hic autem extremi est,
non est scientia sed sensus, non qui propriorum, sed quali sentimus quoniam in mathematicis ex-
tremum trigonum. stabit enim et illic. Sed iste magis sensus quam prudentia. illius autem a-
lia species. Querere autem et consiliari differt. consiliari enim querere quoddam est. Oportet autem
assumere de eubulia quid est, utrum scientia quedam vel opinio vel eustochia vel aliud quod-
dam genus. Scientia quidem utique non est. Non quidem enim querunt de quibus sciunt. Eubulia autem
consilium quoddam. consilians autem querit et ratiocinatur. At vero neque eustochia. Sine
ratione enim et velox quid eustochia. Consiliantur autem multo tempore, et aiunt operari
quidem oportere velociter consiliata, consiliari autem tarde. Adhuc sol-
lertia aliud et eubulia. Est autem eustochia quedam sollertia. Neque utique
opinio eubulia nulla. Sed quoniam quidem qui male consiliatur peccat, qui autem bene
recte consiliatur, manifestum quoniam rectitudo quedam eubulia est. Neque scientie autem neque
opinionis. Scientie quidem enim non est rectitudo. Neque enim peccatum. Opinionis autem rectitudo
veritas. Simul autem et determinatum est iam omne cuius opinio est. Sed tamen neque sine ratione eu-
bulia. Intellectus ergo deficit. Ipsa enim nequaquam enuntiatio. Etenim opinio non questio
sed enuntiatio quedam iam. Consilians autem sive bene sive et male consilietur que-
rit aliquid et ratiocinatur. Sed rectitudo quedam est eubulia consilii. propter quod consilium querendum
primum quid et circa quid. Quoniam autem rectitudo simpliciter multipliciter, mani-
festum quoniam non omnis. Incontinens enim et pravus quod proponit oportere
ex ratione adipiscetur. Quare recte erit consilians, malum autem magnum assu-
mens. Videtur autem bonum quoddam bene consiliari. Talis enim rectitudo consilii eubulia
que boni adeptiva. Sed est et hoc falso sillogismo sortiri. Et quod quidem oportet fa-
cere sortiri, propter quod autem non. Sed falsum medium terminum esse. Quare neque ipsa adhuc
talis eubulia secundum quam quod oportet quidem adipiscitur, non tamen propter quod opor-
tuit. Adhuc est multo tempore consiliantem sortiri, hunc autem velociter. Igitur neque illa
adhuc eubulia sed rectitudo que secundum utile, et cuius oportet et ut et quando. Adhuc est simpliciter bene
consiliari et ad quendam finem. Simpliciter quidem utique prudentium bene consiliari. Eubulia erit u-
tique rectitudo que secundum conferens ad quendam finem, cuius prudentia vera suspicio est. Est autem et sy-
nesis et asynesia, secundum quas dicimus synetos et asynetos. Neque totaliter idem scientia et
opinioni. Omnes enim erant utique synetoi. Neque aliqua una earum que secundum partem scientiarum, puta
medicinalis de sanis, utique erit geometria circa magnitudines. Neque
enim de semper entibus et immobilibus synesis est, neque de factis quibuscumque, sed de qui-
bus dubitabit utique aliquis et consiliabitur. Propter quod circa eadem quidem prudentie. Non
est autem idem synesis et prudentia. Prudentia quidem enim preceptiva est. quid enim oportet
agere vel non, finis ipsius est. Synesis autem iudicativa solum. Idem enim synesis et eu-
synesia, sed ~~quid dicere dicitur~~ etenim syneti et eusyneti. Est autem neque habere pru-
dentiam neque sumere synesis. Sed quemadmodum discere dicitur synienai quando utitur scientia, sic
in uti opinione in iudicare de quibus prudentia est alio dicente, et iudi-
care bene. Bene enim eidem est quod bene. Inde et hoc venit nomen synesis, secundum quam eusyneti,
ex ea que in discere. Dicimus enim discere synienai multotiens. Vocata autem
gnome secundum quam eugnomonas et habere aiunt gnomen, epieikes est iudicium

[illegible]

[illegible]

rectum. Signum autem: epyeikea enim maxime aiunt esse signomonicum, et epyeikes habere circa quedam signomen. Signome autem est iudicativa epyeikos recta. Recta autem vera. Sunt autem omnes habitus rationabiliter in unum tendentes. Dicimus enim gnomen et synesim et prudentiam et intellectum in eosdem intendentes gnomen habere et intellectum iam et prudentes et syneticos. Omnes enim potentie hee extremorum sunt et singularium, et in eo quidem quod iudicativus est de quibus prudens, synetus et eugnomon et signomon. Epyeikea enim communia bonorum omnium sunt in eo quod ad alium. Sunt autem singularium et extremorum omnia operabilia. Etenim prudentem oportet cognoscere ipsa, et synesis et gnome circa operabilia. Hec autem extrema. Et intellectus extremorum in utraque. Etenim primorum terminorum et extremorum intellectus est et non ratio. Et hic quidem secundum demonstrationes immobilium terminorum et primorum. Hic autem in practicis extremi et contingentis et alterius propositionis. Principia enim cuius gratia hec. Ex singularibus enim universale. Horum igitur oportet habere sensum. Hic autem est intellectus. Propter quod et naturalia esse videntur hec. Et natura sapiens quidem nullus, gnomen autem habere et synesim et intellectum. Signum autem quoniam et etatibus existimamus sequi. Et hec aliqua etas intellectum habet et cognomen, ut natura causa existente. Propter quod et principium et finis intellectus. Ex hiis enim demonstrationes et de hiis. Quare oportet attendere expertorum et seniorum vel prudentum indemonstrabilibus enunciationibus et opinionibus non minus demonstrationum. Propter habere enim ex experientia visum vident principia. Quid quidem igitur est prudentia et sapientia, et circa que utraque est existens, et quoniam alterius anime particule virtus utraque, dictum est.

Dubitabit autem utique aliquis de ipsis quid utiles sunt. Sapientia quidem enim nichil speculatur ex quibus erit felix homo. Nullius enim est generationis. Prudentia autem hoc quidem habet. Sed cuius gratia opus est ipsa, siquidem prudentia quidem est que circa iusta et pulchra et bona homini. Hec autem sunt que boni est viri operari. Nichil autem magis operativi in eo quod scire ipsa sumus, siquidem habitus virtutes sunt. Quemadmodum neque sana neque habitiva bene, quecumque non in eo quod facere sed in eo quod ab habitu esse dicuntur. Nichil enim magis operativi in eo quod habere medicinalem et exercitativam sumus. Si autem non horum gratia prudentem ponendum, sed ei quod est fieri, existentibus utique nichil erit utilis. Adhuc autem neque non habentibus. Nichil enim differt ipsos habere vel aliis habentibus persuaderi. Sufficienter habet utique nobis quemadmodum et circa sanitatem. Volentes enim sani esse tamen non discimus medicinalem. Adhuc autem inconveniens utique esse videbitur si deterior sapientia existens principalior ipsa erit. Faciens enim principatur et precipit circa singula. De hiis autem dicendum. Nunc enim dubitavimus de ipsis solum. Primum quidem igitur dicamus quoniam secundum se ipsas necessarium eligibiles ipsas esse virtutes quidem existentes utriusque particule, et si non faciunt nichil neutra ipsarum. Deinde et faciunt quidem, non ut medicinalis autem sanitatem, sed ut sanitas, sic sapientia felicitatem. Pars enim existens totius virtutis in habendo facit et operari felicem. Adhuc opus perficitur secundum prudentiam et moralem virtutem. Virtus quidem enim intentionem facit rectam, prudentia autem que ad hanc. Quarte autem particule anime non est virtus talis nutritive. Nichil enim in ipsa operari vel non operari. De eo autem quod est non esse magis operativos propter prudentiam bonorum et iustorum parum superius inchoandum sumentes principium hoc. Quemadmodum enim et iusta dicimus operantes quosdam

[illegible]

[illegible] (commentary, top of page)

dant neque iustos esse, puta a legibus ordinata facientes vel nolentes vel propter ignorantiam vel propter aliud quid et non propter ipsa, quamvis operantur que oportet et quecumque oportet studiosum. Sic et ut videtur est qualiter habentem operari singula ut sit bonum. Dico autem puta propter electionem et ipsorum gratia operatorum. Electionem quidem igitur rectam facit virtus. Eorum autem que illius gratia nata sunt fieri non est virtutis sed alterius potentie. Dicendum autem scientibus manifestius de ipsis. Est utique quedam potentia quam vocant demoticam. Hec autem est talis ut ad suppositam intentionem contendentia possit hec operari et sortiri ipsis. Si quidem igitur intentio sit bona, laudabilis est; si autem prava, astucia. Propter quod et prudentes deinos et astutos aiunt esse. Est autem prudentia non potentia, sed non sine potentia hac. Habitus autem in oculo huic fit anime non sine virtute, ut dictum est et est manifestum. Silligismi enim operabilium principium habentes sunt: quoniam talis finis et optimum quodcumque ens. Sit enim sermonis gratia quod contingit. Hoc autem si non bono non apparet. Pervertit enim malicia et mentiri facit circa operativa principia. Quare manifestum quoniam impossibile esse prudentem non entem bonum. Intendendum utique rursus et de virtute. Etenim virtus similiter habet ut prudentia ad demoticam. Non eadem quidem, simile autem. Sic et naturalis virtus ad principalem. Omnibus enim videntur singuli morum existere natura aliqualiter. Etenim iusti et temperati et fortes et alia habemus confestim a nativitate. Sed tamen querimus alterum quid principale bonum esse et talia alio modo inexistere. Etenim pueris et bestiis naturales existunt habitus, sed sine intellectu nocivi videntur existentes. Verumptamen tantum videtur videri, quoniam quemadmodum corpori forti sine visione moto accidit falli fortiter propter non habere visum, sic et hic. Si autem accipiat intellectum, in operari differt. Habitus autem similis existens tunc erit proprie virtus. Quare quemadmodum in opinativo due sunt species, deinotes et prudentia, sic in morali due sunt: hec quidem virtus naturalis, hec autem principalis. Et harum principalis non fit sine prudentia.

Propter quod aiunt omnes virtutes prudentias esse, et Socrates sic quidem recte querebat, sic autem peccabat. Quoniam quidem enim prudentias existimabat esse omnes virtutes, peccabat; quoniam autem non sine prudentia, bene dicebat. Signum autem, et enim nunc omnes cum diffiniunt virtutem apponunt habitum dicentes et ad que est secundum rectam rationem. Recta autem que secundum prudentiam. Videntur utique divinare aliqualiter omnes quoniam talis habitus virtus est qui secundum prudentiam. Oportet autem parum transcendere. Non enim solum que secundum rectam rationem, sed que cum recta ratione habitus virtus est. Recta autem ratio de talibus prudentia. Socrates quidem igitur rationes virtutes existimabat esse, scientias enim esse omnes. Nos autem cum ratione. Manifestum igitur ex dictis quoniam non possibile bonum esse principaliter sine prudentia, neque prudentem sine morali virtute. Sed et ratio sic dissolvetur utique qua disputabit quis quoniam separantur ab invicem virtutes. Non enim idem optime natus ad omnes, quare hanc quidem iam, hanc autem nondum assumens erit. Hoc enim secundum naturales quidem virtutes contingit; secundum quas autem simpliciter dicitur bonus non contingit. Simul enim prudentie uni existenti omnes inerunt. Manifestum autem, et si non practica esset, quoniam indigeret utique ipsa propter particule virtutem esse, et quoniam non erit electio recta sine virtute. Hec quidem enim finem, hec autem que ad finem facit operari. Sed tamen neque ...

a

Deinde cum dicit [illegible]

Deinde cum dicit [illegible]

c

Deinde cum dicit [illegible]

b

[illegible]

d

Deinde cum dicit [illegible]

e

Deinde cum dicit [illegible]

f

Deinde cum dicit [illegible]

g

Deinde cum dicit [illegible]

h

Deinde cum dicit [illegible]

i

Deinde cum dicit [illegible]

[illegible marginal commentary]

principatur et sapientie neque melioris particule, quemadmodum neque sanitatis medicina. Non enim utitur ipsa, sed videt qualiter fiat. Illius igitur gratia precipit, sed non illi. Adhuc simile et si quis politicam dicat principari deorum, quoniam precipit circa omnia que in civitate.

Post hec autem dicendum aliud facientes principium, quoniam circa mores fugiendorum tres sunt species: malitia, incontinentia, bestialitas. Contraria autem duobus quidem manifesta: hoc quidem enim virtutem, hoc autem continentiam vocamus. Ad bestialitatem autem maxime utique congruit dicere eam que supra nos virtutem heroicam quandam et divinam, quemadmodum Homerus de Hectore fecit dicentem Priamum quoniam valde erat bonus, neque videbatur viri mortalis puer existere sed dei. Quare si quemadmodum aiunt ex hominibus fiunt dii propter virtutis superexcellentiam, talis quidam utique erit videlicet bestialitati oppositus habitus. Etenim quemadmodum neque bestie est malitia neque virtus, sic neque dei, sed hec quidem honorabilior est virtute, hec autem alterum quoddam genus malitie. Quoniam autem rarum et divinum virum esse, quemadmodum Lacones consueverunt appellare, qui admirantur valde aliquem divinus vir aiunt, sic et bestialis in hominibus rarus. Maxime autem in barbaris est. Fiunt autem quedam et propter egritudines et orbitates. Et propter malitiam autem hominum excedentes sic supinfamamus. Sed de hac quidem dispositione posterius faciendum quandam rememorationem. De malitia autem dictum est prius. De incontinentia autem et mollicie et deliciis dicendum, et de continentia et perseverantia. Neque enim ut de eisdem habitibus virtuti et malitie utramque putandum suscipiendum, neque ut alterum genus. Oportet autem quemadmodum in aliis ponentes que apparent et primum dubitantes sic ostendere maxime quidem omnia probabilia circa has passiones. Si autem non, plurima et principalissima. Si enim solvantur difficilia et relinquantur probabilia, ostensum utique erit sufficienter. Videtur utique continentia et perseverantia studiosorum et laudabilium esse, incontinentia autem et mollicies pravorum et vituperabilium. Et idem continens et permansivus in ratione, et incontinens et egressivus a ratione. Et incontinens quidem sciens quoniam prava agit propter passionem, continens autem sciens quoniam prave concupiscentie non sequitur propter rationem. Et temperatum quidem continentem et talem. Hunc autem hi quidem omnem temperatum, hi autem non. Et intemperatum incontinentem et incontinentem intemperatum confuse, quidam autem aiunt esse alteros. Prudentem autem quandoque quidem non aiunt contingere esse incontinentem, quandoque autem quosdam prudentes existentes et dinos incontinentes esse. Adhuc incontinentes dicuntur et ire et honoris et lucri. Que quidem igitur dicuntur hec sunt. Dubitabit utique aliquis qualiter existimans recte incontinens quis. Scientem quidem igitur non aiunt quidam possibile esse. Durum enim scientia existente, ut existimabat Socrates, aliud quid superare et trahere ipsum quemadmodum servum. Socrates quidem enim totaliter pugnabat ad rationem, ut non existente incontinentia. Nullum enim existimantem operari preter optimum, sed propter ignorantiam. Iste quidem igitur sermo dubitat apparentibus manifeste. Et oportet querere circa passionem si propter ignorantiam, quis modus fit ignorantie. Quoniam enim non existimat quidem incontinens existens ante in passione fieri manifestum. Sed

[illegible marginal commentary]

.l.

[illegible commentary]

aliquando quidem quae hic quidem concedunt, hoc autem non. Scientia quidem enim nichil esse melius consentiunt. nullum autem operari preter opinatum melius non confitentur. et propter hoc incontinentem aiunt non scientiam habentem imperari a voluptatibus sed opinionem. Sed tamen siquidem opinio et non scientia, neque fortis suspicatio sed quieta quemadmodum in dubitantibus, venia ei quod non manet in hiis ad concupiscentias fortes. malicie autem non venia neque aliorum nullum vituperabilium. Prudentia ergo contradicente; hec enim fortissimum. Sed inconveniens. erit enim idem simul prudens et incontinens. Dicet autem utique nullus prudentis esse operari volentem pravissima. Cum hiis autem ostensum est prius quoniam activus quidem prudens. extremorum enim aliquis et alias habens virtutes. Adhuc siquidem in eo quod concupiscentias habet fortes et pravas continens, non erit temperatus continens neque continens temperatus. neque enim quod valde temperati neque pravas habere. Sed tamen oportet quidem. Siquidem enim bone concupiscentie pravus prohibens habitus non sequi. Quare continentia non omnis studiosa. Si autem infirme et nichil magnum. Adhuc si omni opinioni permansivum facit continentia, prava, puta et false. et si ab omni opinione incontinentia egressivum, erit aliqua studiosa incontinentia, puta Sophoclis Neoptholemus in Philoctete. laudabilis enim non permanens quibus suasus est ab Ulixe propter tristari mentiens. Adhuc sophisticus sermo mentiens dubitatio. propter inopinabile enim velle arguere ut sapientes sint cum attigerint. factus sillogismus dubitatio fit. ligata enim mens cum manere non velit propter non placere conclusum, procedere autem non potest propter solvere non habere sermonem. Accidit autem ex quodam sermone insipientia cum incontinentia virtus. contraria enim operatur quorum opinatur propter incontinentiam. opinatur autem bona mala esse et non oportere operari. quare bona et non mala operabitur. Adhuc qui persuasus operans prosequens delectabilia et eligens, melior utique videbitur eo qui non propter ratiocinationem sed propter incontinentiam. sanabilior enim propter dissuaderi utique. Incontinens autem tenetur proverbio in quo dicimus quando aqua suffocat quid oportet adhuc bibere. Siquidem enim persuasus esset que agit, dissuasus utique quiesceret. Nunc autem non suasus nichil minus alia agit. Adhuc si est circa omnia incontinentia et continentia, quis simpliciter incontinens. Nullus enim omnes habet incontinentias. dicimus autem esse quosdam simpliciter. Dubitationes quidem igitur tales quedam accidunt. horum autem hec quidem interimere oportet, hec autem relinquere. Solutio enim dubitationis inventio est. Primum quidem igitur intendendum utrum scientes vel non, et qualiter scientes. Deinde circa qualia continentem ponendum. Dico autem utrum circa omnem delectationem et tristitiam vel circa quasdam segregatas. et continentem et perseverantem, utrum idem vel alter est. Similiter autem et de aliis quecumque cognata speculationis sunt huius. Est autem principium intentionis utrum continens et incontinens sunt in circa que vel in qualiter habentes. Dico autem utrum in circa hec solum incontinens vel non, sed in ut vel non, sed in ex ambobus. Deinde si circa omnia est incontinentia et continentia vel non. neque enim circa omnia et simpliciter incontinens, sed circa que intemperatus est, neque in adhuc simpliciter habere. idem enim utique esset intemperantie. Sed sic habere. hic quidem enim ducitur eligens, existimans semper oportere presens delectabile prosequi. hic autem non existimat quidem, prosequitur autem. De eo quidem igitur quod

[illegible commentary]

Deinde cum dicit [illegible]

Deinde cum dicit. Dicet autem sermones [illegible]

Deinde cum dicit. Adhuc autem et sic naturaliter [illegible]

Deinde cum dicit. Quomodo autem solvitur [illegible]

opinionem veram sed non scientiam esse preter quam incontinentes agunt nichil differt ad ratio-
nem. Quidam enim opinantium non dubitant sed existimant certe scire. Si igitur prop-
ter quietem credere opinantes magis scientibus preter opinionem agent, nichil dif-
fert scientia ab opinione. Quidam enim credunt nichil minus quibus opinantur quam
alii quibus sciunt. Manifestat autem Eraclitus. Sed quia dupliciter dicimus scire, et enim ha-
bens quidem non utens autem scientia et utens dicitur scire, differet habentem quidem non specu-
lantem autem et hoc speculantem agere que non oportet, habentem et speculantem. Hoc enim videtur
durum, sed si non speculans. Adhuc quia duo modi propositionum, habentem quidem
utrasque nichil prohibet operari preter scientiam utentem quidem universali sed non ea que particulari. Oper-
abilia enim singularia. Differt autem universale. Hoc quidem enim in se ipso, hoc autem in re. Pu-
ta quoniam omni homini confert sicca, et quoniam iste homo, vel quoniam siccum hoc tale. Sed si
hoc tale, vel non habet vel non operatur. Secundum utique hos differet modos impossibile quantum
quare videri sic quidem scire nichil inconveniens, aliter autem admirabile. Adhuc habere scientiam
aliter modum a dictis existit hominibus. In habere enim non uti differentem vi-
demus habitum, quare et habere quodammodo et non habere, puta dormientem et vinolentum. Sed tamen
sic disponuntur in passionibus existentes. Ire enim et concupiscentie venereorum et
quedam talium manifeste et corpus transmutant, quibusdam autem et insanias faci-
unt. Manifestum igitur quoniam similiter habere dicendum incontinentes hiis. Dicere autem sermones
eos qui a scientia nullum signum est, et enim operari secundum scientiam. Etenim in passionibus hiis exis-
tentes demonstrationes et versus dicunt Empedoclis, et primum discentes complectuntur
quidem sermones, sciunt autem nequaquam. Oportet enim connasci, hoc autem tempo-
re indiget. Quare quemadmodum simulantes sic existimandum dicere et inconti-
nentes. Adhuc autem et sic naturaliter utique respiciet causam. Hec quidem enim universa-
lis opinio, altera autem de singularibus, quorum sensus iam proprius. Cum autem una
fiat ex ipsis, necessarium conclusum ubi quidem dicere animam, in factivis autem operari confesti-
m. Puta si omne dulce gustare oportet, hoc autem dulce ut unum aliquod singulari-
um, necessarium potentem et non prohibitum simul operari. Quando igitur hec quidem universalis in-
est prohibens gustare, hec autem quoniam omne dulce delectabile, hoc autem dulce,
hec operatur, si forte autem concupiscentia insit, hec quidem dicit fugere hoc, concup-
iscentia autem ducit. Movere enim unamquamque potest particularum. Quare accidit a ratione aliqualiter
et opinione incontinentem agere, non contrarie autem secundum se ipsam, sed secundum accidens. Concup-
iscentia enim contraria, sed non opinio, recte rationi. Quare et propter hoc bestias non incontinentes agere,
non contrarie autem per se ipsam, quoniam non habent universalem opinionem, sed singularium
phantasiam et memoriam. Qualiter autem solvitur ignorantia et rursus fit
sciens incontinens, eadem ratio que et de vinolento et dormiente, et non propria
huius passionis, quam oportet a phisiologis audire. Quia autem ultima propositio
et opinio sensibilis et principalis actionum, hanc vel non habet in passione ens,
vel sic habet ut non erat in habere scire, sed dicere quemadmodum vinolentus que Empedo-
clis. Et propter non universale neque scientificum similiter esse videri universali extre-
mum terminum, et videtur quod querebat Socrates accidere. Non enim principaliter esse vi-
dentur scientia presente fit passio, neque ipsa attrahitur propter passionem, sed sensi-

[illegible]

dicit a phisiologis. i. naturalibus.

Deinde cum dicit. Quia autem ultima [illegible]

[illegible]

De eo quidem igitur qui et sciente vel non, et qualiter scientem contingit incontinentem operari, tanta dicta sint. Utrum autem est aliquis incontinens simpliciter vel omnes secundum partem, et si est, circa qualia, dicendum deinceps. Quoniam quidem igitur circa delectationes et tristicias sunt et continentes et perseverantes et incontinentes et molles, manifestum. Quia autem sunt hec quidem necessaria facientium delectationem, hec autem eligibilia quidem secundum se ipsa, habentia autem superhabundantiam, necessaria quidem corporalia. Dico autem talia et que circa cibum et venereorum usum et talia corporalium circa que intemperantiam posuimus et temperantiam. Hec autem non necessaria, eligibilia autem secundum se ipsa. Dico autem puta victoriam, honorem, divitias et talia bonorum et delectabilium. Eos quidem igitur qui ad hec preter rectam rationem superexcellunt eam que in ipsis, simpliciter quidem non dicimus incontinentes, apponentes autem hec pecuniarum incontinentes et lucri et honoris et ire, simpliciter autem non, tamquam alteros et secundum similitudinem dictos, quemadmodum homo qui olimpia vicit. Illi enim communis ratio a propria parum differebat, sed tamen altera erat. Signum autem: incontinentia quidem enim vituperatur non ut peccatum solum, sed et ut malicia quedam vel simpliciter existens vel secundum quandam partem. Horum autem nullus. Eorum autem qui circa corporales voluptates circa quas dicimus temperatum et intemperatum, qui non eligendo delectabilium persequens superhabundantias et tristium fugiens esuriei et sitis et caloris et frigoris et omnia que circa tactum et gustum, sed preter electionem et intellectum incontinens dicitur, non secundum appositionem quoniam circa hec quemadmodum et ire, sed simpliciter solum. Signum autem: etenim molles dicuntur circa has, de illis autem nullam. Et propter hoc in idem incontinentem et intemperatum ponimus, et continentem et temperatum, sed non illorum nullum, propter circa easdem aliqualiter voluptates et tristicias esse. Hii autem sunt quidem circa hec, sed non similiter sunt, sed hii quidem eligunt, hii autem non eligunt. Propter quod magis intemperatum utique dicemus quicumque neque concupiscens vel quiete persequitur superhabundantias et fugit moderatas tristicias, quam hunc quicumque propter concupiscere valde. Quidcumque enim ille faceret, si adesset concupiscentia iuvenilis, et circa necessariorum indigentias tristicia fortis. Quia autem concupiscentiarum et delectationum hee quidem sunt genere bonorum et studiosorum. Delectabilium enim quedam natura eligibilia, quedam autem contraria hiis, quedam autem intermedia, quemadmodum divisimus prius, puta pecunie et lucrum et victoria et honor. Ad omnia autem et talia et intermedia non in pati et concupiscere et amare vituperantur, sed in aliqualiter et superhabundare. Propter quod quicumque quidem preter rationem vel detinentur vel persequuntur eorum que natura aliquid pulchriorum et bonorum, puta circa honorem et magis quam oportet studentes vel circa filios et parentes. Etenim hec bonorum et laudantur qui circa hec student. Sed tamen est quedam superhabundantia in hiis, si quis quemadmodum Niobe rebelleret et ad deos, vel quemadmodum Satirus philopator cognominatus circa patrem; valde enim videbatur desipere. Malicia quidem igitur nulla circa hec est propter quod dictum est, quoniam naturaliter eligibilium unumquodque est propter se ipsum, prave autem et fugiende sunt ipsorum superhabundantie. Similiter autem neque incontinentia; incontinentia enim non solum fugiendum, sed et vituperabilium est. Propter similitudinem autem passionis apponentes aliquam incontinentiam circa unumquodque.

[illegible]

[illegible commentary, upper block: … Phalaris … bestiis … carnes crudas … sacrificans … comedens … egritudinales …]

[illegible]

dicimus puta malum medicum et malum ypocritam quem simpliciter non utique dicerent malum. Quemadmodum igitur hic palam quoniam non maliciam esse unumquodque horum sed secundum analogiam similem. Sic videlicet et illic existimandum solam incontinentiam et continentiam esse que est circa eadem temperantie et intemperantie. Circa iram autem secundum similitudinem dicimus. Propter quod et apponentes incontinentem ire dicimus quemadmodum honoris et lucri.

Quoniam autem sunt quedam quidem delectabilia natura et horum hec quidem simpliciter hec autem secundum genera animalium et hominum, hec autem non sunt, sed hec quidem propter orbationes, hec autem propter consuetudines fiunt, hec autem propter pravas naturas, est et circa horum singula proprie videre habitus. Dico autem bestiales puta eam hominem quam dicunt pregnantes rescindentem pueros devorare, vel qualibus gaudere aiunt quosdam silvestrium circa Pontum, hos quidem crudis, hos autem hominum carnibus, hos autem pueros commodare ad invicem in convivium, vel circa Phalarim dictum. Hii quidem bestiales, hii autem propter egritudines fiunt et maniam quibusdam, quemadmodum matrem sacrificans et comedens, et conservi epar. Hii autem egritudinales vel ex consuetudine, puta pilorum evulsiones et unguium corrosiones, adhuc autem carbonum et terre, cum hiis autem que venereorum masculis. Hiis quidem enim natura, hiis autem ex consuetudine accidunt, puta assuetis ex pueris. Quibuscumque quidem igitur natura causa, hos utique nullus dicet incontinentes, quemadmodum neque mulieres quoniam non ducunt sed ducuntur. Similiter autem et egritudinaliter habentibus propter consuetudinem. Habere quidem igitur singula horum extra terminos est malicie, quemadmodum et bestialitas. Habentem autem superare vel superari non simpliciter incontinentia, sed que secundum similitudinem, quemadmodum et circa iras habentem hunc modum passionis incontinentem, autem non simpliciter dicendum. Omnis enim superhabundans et malicia et insipientia et timiditas et intemperantia et crudelitas, hee quidem bestiales, hee autem egritudinales sunt. Hic quidem enim natura talis qualis timere omnia, et si sonum faciat mus, bestialem timiditatem timidus; hic autem mustelam timuit propter egritudinem. Et insipientium hii quidem ex natura irrationales et solum sensu viventes bestiales, quemadmodum quedam genera longe barbarorum, hii autem propter egritudines puta epilenticas vel manias egritudinales. Horum autem est quandoque quidem habere quidem solum, non superari autem. Dico autem puta si Phalaris tenuit concupiscens pueri comedere vel ad venereorum inconvenientem delectationem. Est autem et superari non solum habere. Quemadmodum igitur et malicia que quidem secundum hominem simpliciter dicitur malicia, que autem secundum appositionem quoniam bestialis vel egritudinalis, simpliciter autem non, secundum eundem modum videlicet et incontinentia, hec quidem bestialis, hec autem egritudinalis, simpliciter autem que secundum humanam intemperantiam sola. Quod quidem igitur incontinentia et continentia est solum circa que intemperantia et temperantia, et quoniam circa alia est alia species incontinentie dicta secundum metaphoram et non simpliciter, manifestum. Quod autem et minus turpis incontinentia que ire quam que concupiscentiarum, speculabimur. Videtur enim ira audire quidem aliquid racionis, obaudire autem, quemadmodum veloces ministrorum qui ante audire omne quod dicitur excurrunt, deinde peccant circa accionem, et canes antequam intendere si amicus, si solum sonitum faciant, latrant. Sic ira propter caliditatem et velocitatem nature audiens quidem non preceptum autem audiens

[illegible]

[illegible commentary, lower block: … phalaris … bestialitas … incontinentia … ira … veloces … canes … latrant … sillogizans …]

[illegible]

ens monet ad puniendum. Ratio quidem enim vel phantasia quoniam iniuria vel contemptus manifestavit. Hic autem quemadmodum sillogizans quoniam oportet tali oppugnare irascitur confestim. Concupiscentia autem si solum dicat quoniam delectabile ratio vel sensus movet ad fruitionem. Quare ira quidem consequitur racionem aliqualiter, concupiscentia autem non. Turpior igitur. Incontinens enim ire a racione aliqualiter vincitur, hic autem concupiscentie et non a racione. Adhuc naturalibus magis venia consequi appetitibus. Quoniam et concupiscentiis talibus magis quecumque communes omnibus et in quantum communes. Ira autem naturalius et difficultas concupiscentiis hiis que secundum habundanciam et non necessariis. Quemadmodum respondens quoniam patrem percuciebat. Etenim iste dixit, et hic quidem suum, et ille enim quod superiorem, et puerum ostendens, et iste me dixit cum vir fiat. Cognatum enim nobis. Et tractus a filio quiescere iussit apud hostia. Etenim ipse traxit patrem usque huc. Adhuc iniustiores magis insidiantes. Iracundus quidem igitur non insidiator, neque ira, sed manifeste. Concupiscentia autem quemadmodum Venerem aiunt. Dolose enim cypri-genite, et variam corrigiam homerus. Decepcio que furatur intellectum spisse sapientis. Quare siquidem iniustior et turpior incontinentia hec ea que circa iram est, et simpliciter incontinentia et malicia aliqualiter. Adhuc nullus iniuriatur tristatus. Qui autem ira facit omnis facit tristatus. Iniurians autem cum delectacione. Si igitur quibus irasci maxime iustum, hec autem iniustiora, et incontinentia que propter concupiscentiam. Non enim est in ira iniuria. Quod quidem igitur turpior que circa concupiscentias et delectaciones corporales manifestum.

Ipsarum autem differencias harum assumendum. Quemadmodum enim dictum est circa principia, hee quidem humane sunt et naturales, et genere et magnitudine, hee autem bestiales, hee autem propter orbaciones et egritudines. Harum autem circa primas temperancia et intemperancia solum. Propter quod et bestias neque temperatas neque intemperatas dicimus, sed vel secundum metaphoram, et si aliqua totaliter aliud ad aliud differt genus animalium contumelia et fera amorosa, et in omni vorax esse. Non enim habent electionem neque racionacionem, sed discessit a natura. Quemadmodum insanientes hominum. Minus autem bestialitas malicia terribilius autem. Non enim corruptum est optimum quemadmodum in homine, sed non habet. Simile igitur quemadmodum inanimatum comparare ad animatum utrum peius. Innocentior enim pravitas semper que non habentis principium. Intellectus autem principium. Simile igitur iniusticiam comparare ad hominem iniustum. Est enim ut utrumque peius. Decies enim milies plura utique mala faciet homo malus bestia. Circa eas autem que per tactum et gustum delectaciones et tristicias et concupiscentias et fugas circa quas et temperancia et intemperancia determinata sunt prius. Est quidem sic habere ut vincatur et quibus multi minores. Hec autem vincere quibus et multi meliores. Horum autem hic quidem circa delectaciones incontinens, hic autem continens. Hic autem circa tristicias mollis, hic autem perseverans. Inter medium autem plurimum habitus, et si declinant magis ad deteriores. Quoniam autem quedam delectacionum necessarie sunt, hee autem non, et usque ad aliquid, superhabundancie autem non, neque defectus. Similiter autem et circa concupiscentias habet et tristicias. Superhabundancias qui persequitur delectacionum vel secundum superhabundancias vel propter electionem et propter ipsas et nichil propter alterum adveniens intemperatus. Necesse enim hunc non esse penitentem. Quare insanabilis. Deficiens autem oppositus. Medius autem temperatus. Similiter autem et corporales tristicias

[illegible]

[illegible]

ciam non propter aliquid sed propter electionem. Non eligentium autem hic quidem ducitur propter delectationem,
hic autem propter fugere tristiciam que a concupiscentia. Quare differunt ad invicem. Omnino
autem utique videbitur deterior esse siquis non concupiscens vel quiete operatur aliquid turpe
quam si vehementer concupiscens, et si non iratus percutit quam si iratus. Quid enim utique
faceret in passione existens? Propter quod intemperatus deterior incontinente. Dic-
torum utique hoc quidem malicie species magis, intemperatus autem mollicies. Oppo-
nitur autem incontinenti quidem continens, molli autem perseverativus. Perseverare quidem enim est in eo quod
est detinere. Continentia autem in eo quod est superare. Quemadmodum et non vinci et vincere. Propter quod et e-
ligibilior continentia perseverantia est. Deficiens autem ad que multi et contra tendunt
et possunt, iste mollis et delicatus. Etenim delicia mollicies quedam est. Qui trahit ve-
stimentum ut non laboret eam que a levare tristiciam, et imitans laborantem non
existimat miser esse, misero similis existens. Similiter autem habet et circa continentiam et
incontinentiam. Non enim si quis a fortibus et superexcellentibus delectationibus vincitur vel tristi-
ciis, admirabile, sed condonabile, si contendens, quemadmodum Theodecti Philoctetes
a vipera percussus, vel a Karkino in Alope Kerkyon, et quemadmodum continere temptan-
tes risum repente effundunt, quale contingit Xenophanto. Sed siquis ad
quas multi possunt abstinere ab hiis vincitur et non potest contendere, non propter naturam ge-
neris vel egritudinem, puta in Scitarum regibus mollicies propter genus, et ut femi-
ninum ad masculinum distat. Videtur autem et lusivus intemperatus esse. Est
autem mollis. Lusus enim remissio est, siquidem requies. Ad hanc autem superhabun-
dantiam lusivus. Incontinentie autem hoc quidem precipitatio, hoc autem debilitas.
Hii quidem enim consiliantes non immanent quibus consiliati sunt propter passionem, hii autem propter
non consiliari ducuntur a passione. Quidam enim quemadmodum pretitillati non titillan-
tur, sic et presencientes et previdentes et preexcitantes se ipsos et racionem
non vincuntur a passione, neque si delectabile sit neque si triste. Maxime autem acuti
et melancholici secundum irrefrenatam incontinentiam sunt incontinentes. Hii quidem
enim propter velocitatem, hii autem propter vehemenciam non expectant racionem propter secutivi esse
phantasie. Est autem intemperatus quidem quemadmodum dictum est non penitens, immanet enim
electioni. Incontinens autem penitens omnis. Propter quod non quemadmodum dubitavimus sic et habet,
sed hic quidem insanabilis, hic autem sanabilis. Assimulatur autem malicia quidem egritudini,
puta ydropisi et ptisi, incontinentia autem epilempticis. Hec quidem enim continua,
hec autem non continua malicia. Et omnino autem aliud genus incontinentie et mali-
cie. Malicia quidem enim latet, incontinentia autem non latet. Ipsorum autem horum meli-
ores excessivi quam racionem quidem habentes non immanentes autem. A minore enim
passione vincuntur, et non in preconsiliati quemadmodum alteri. Similes enim incontinentes
velociter inebriatis et a paucio vino et minori quam ut multi. Quoniam quidem igitur ma-
licia incontinentia non est, manifestum. Sed quidem forte. Hoc quidem enim preter electionem, hoc autem
secundum electionem est. Non tamen simile quidem secundum actiones, quemadmodum quod Demodokus in Milesios:
Milesii insipientes quidem non sunt, faciunt autem qualia insipientes; et incontinentes
iniusti quidem non sunt, iniusta facient autem. Quoniam autem hic quidem talis qualis
non propter persuasum esse persequi eas que secundum corpus superhabundantias delectationes et preter rectam racionem, hic autem persuasus est propter talem esse qualem persequi ipsas. Ille

[illegible]

[illegible]

quidem igitur facile transferibilis. iste autem non. Virtus enim et malicia principium hec quidem corrumpit. hec autem salvat. In actionibus autem quod cuius gratia principium, quemadmodum in mathematicis suppositiones. Neque utique illic ratio doctiva principiorum, neque hic, sed virtus vel naturalis vel assuefactiva eius quod est recte opinari circa principium. Temperatus quidem igitur talis. intemperatus autem contrarius. Est autem aliquis propter passionem excessivus preter rectam rationem, quem propter quidem non agere secundum rectam rationem superat passio, propter autem esse talem quem persuasum esse persequi impudenter oportere tales delectationes non superat. Iste est incontinens, melior intemperato, et non pravus simpliciter. Salvatur enim optimum principium. Alius autem contrarius immansivus et non excessivus propter passionem. Manifestum utique ex hiis quoniam hec quidem studiosus habitus, hec autem pravus. Utrum igitur continens est qui qualicumque rationi et quicumque electioni immanens, vel qui recte; et incontinens qui qualicumque non immanet electioni et qualicumque rationi, vel qui false electioni et rationi non recte, quemadmodum dubitatum est prius. Vel secundum accidens quidem qualicumque, secundum se ipsum autem que vere rationi et recte electioni hic quidem immanet, hic autem non immanet. Si enim quis hoc propter hoc eligit vel persequitur, secundum se quidem hoc persequitur et eligit, secundum accidens autem quod prius. Simpliciter autem dicimus quod secundum se ipsum. Quare est quidem ut qualicumque opinioni hic quidem immanet, hic autem excedit. Simpliciter autem qui vere. Sunt autem quidam immansivi opinioni, quos vocant ischirognomones, puta difficile persuasibiles et non facile transmutabiles, qui simile quid aliquid habent continenti, quemadmodum prodigus liberali et audax confidenti. Sunt autem alterum secundum multa. hic quidem enim propter passionem et concupiscentiam non transmutatur continens, quia facile persuasibilis cum contingat erit continens. hii autem non a ratione, quia concupiscentias assumunt, et ducuntur multi a delectationibus. Sunt autem ischirognomones propter delectationem et tristiciam. gaudent enim vincentes si non transmutantur, et tristantur si infirma que ipsorum sunt quemadmodum sententie. Quare magis incontinenti assimulantur quam continenti. Sunt autem quidam qui hiis que videntur non immanent non propter incontinentiam, puta in Philoctete Sophoclis Neoptolemus. Quamvis propter delectationem non immansit, sed bonam. Verum dicere enim ipsi bonum erat, persuasus autem ab Ulixe falsum dicere. Non enim omnis qui propter delectationem aliquid operatur est intemperatus vel pravus vel incontinens, sed qui propter turpem. Quia autem est aliquis et talis qualis minus quam oportet corporalibus gaudens, et non immanens rationi talis, hic et incontinentis medius continens. Incontinens quidem enim non immanet rationi propter magis aliquid. Iste autem propter minus aliquid. continens autem immanet, et non propter alterum transmutatur. Oportet autem si quid continentia studiosum, utrosque contrarios habitus pravos esse, quemadmodum et apparent. Sed propter alterum in paucis et raro esse manifestum, quemadmodum temperantiam intemperantie videri contrarium esse solum, sic et continentiam incontinentie. Quia autem secundum similitudinem multa dicuntur, et continentia que temperati secundum similitudinem consecuta est. Et enim continens potens nihil preter rationem propter corporales delectationes facere, et temperatus. Sed hic quidem habens, hic autem non habens pravas concupiscentias. Et hic quidem talis qualis non delectari preter rationem, hic autem qualis delectari sed non duci. Similes autem et incontinens et intemperatus, altera quidem existentes, utrique autem corpo[ralia]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

talia delectabilia persequitur. Sed hic quidem et existimans oportere, hic autem non existimans. Neque simul prudentem et incontinentem contingit esse eundem: simul enim prudens et studiosus secundum morem ostensus est ens. Adhuc non in scire solum prudens, sed et in eo quod practicus. Incontinens autem non practicus. Dementem autem nichil prohibet incontinentem esse. Propter quod et videntur quandoque prudentes esse quidam, incontinentes autem, propter dinotecam differre a prudentia secundum eum modum in primis sermonibus, et secundum rationem prope esse. Differre autem secundum electionem. Neque utique ut sciens et speculans, sed ut dormiens et inebriatus. Et volens quidem. Secundum modum enim quendam sciens et quod facit et cuius gratia. Malus autem non. Electio enim epieikes. Quare semimalus. Et non iniustus, non enim insidiator. Hic quidem enim ipsorum non utique immansivus quibus consiliatus est. Melancholicus autem neque consiliativus totaliter. Et assimilatur utique incontinens civitati, que decernit quidem omnia que oportet, et leges habet studiosas, utitur autem nulla, quemadmodum Anaxandrides conviciatus est: civitas volebat, cui legum nichil cure. Malus autem utentibus quidem legibus, malis autem utenti. Est autem incontinentia et continentia circa excellens in moribus habitum. Hic quidem enim immanet magis, hic autem minus plurium potentia. Sanabilior autem incontinentiarum quam melancholici incontinentes agunt consiliantium quidem, non tamen et ipsi. Et que per consuetudinem incontinentes naturalibus. Facilius enim consuetudinem transmutare natura. Propter hoc enim et consuetudo difficilis, quoniam nature assimilatur, quemadmodum et Evenus dicit: aio diuturnam meditationem immanere, amice, et hanc hominibus finientem naturam esse. Quid quidem igitur continentia et quid incontinentia, et perseverantia et mollities, et qualiter habitus hii ad invicem, dictum est. De delectatione autem et tristitia speculari eius qui politicam philosophatur. Iste enim finis architecton, ad quem respicientes unumquodque hoc quidem malum, hoc autem bonum simpliciter dicimus. Adhuc autem et necessariorum intendere de ipsis. Etenim virtutem et malitiam moralem circa tristitias et delectationes posuimus. Felicitatem plures cum delectatione esse aiunt. Propter quod et beatum nominaverunt a gaudere. His quidem igitur videtur neque una delectatio esse bonum, neque secundum se ipsum neque secundum accidens: non enim esse idem bonum et delectationem. His autem quedam quidem esse, multe autem prave. Adhuc autem tertium: si et omnes bone, tamen non contingit esse optimum delectationem. Totaliter quidem igitur non bonum, quoniam omnis delectatio generatio est in naturam sensibilis, nulla autem generatio cognata finibus, puta nulla edificatio domui. Adhuc temperatus fugit delectationes. Adhuc prudens non tristitia persequitur, non delectabile. Adhuc impedimentum et quod prudentie esse delectationes, et quanto magis gaudet, puta eam que venereorum. Nullum enim utique posse intelligere aliquid in ipsa. Adhuc ars nulla delectationis, quamvis omne bonum artis opus. Adhuc pueri et bestie persequuntur delectationes. Hoc autem non omnes studiosas, quoniam sunt et turpes et opprobriose, et quoniam nocive: egritudinalia enim quedam delectabilium. Adhuc quod non optimum delectatio, quoniam non finis, sed generatio.

[illegible]

[illegible]

ratio · quid quidem enim fit hoc est · Quoniam autem non accidit propter hoc non esse bonum neque optimum ·
ex hiis manifestum · Primum quidem quia bonum dupliciter · hoc quidem enim simpliciter ·
hoc autem alicui · et nature et habitus consequuntur · quare et motiones et generationes et
que prave videntur esse · hee quidem simpliciter prave · alicui autem non · sed eligibiles huic · quedam autem neque
huic · sed aliquando et per paucum tempus eligibiles · alicui autem non · hee autem neque delectationes · sed vi-
dentur quecumque cum tristicia · sed medicine gratia · puta que laborantium · Adhuc
quia boni hoc quidem operatio · hoc autem habitus · secundum accidens constituentes in naturalem habitum
delectabiles sunt · Est autem operatio in concupiscentiis deficientis habitus et nature · quia sine
tristicia et concupiscentia sunt delecta[illegible] et eius quod speculari operationes natura non indi-
gente · Signum autem quoniam non eodem dele[illegible] gaudent · sed repleta natura et consti-
tuta · sed constituta quidem simpl[illegible]abilibus · repleta autem et contrariis · Etenim acu-
tis et amaris gaudent · quorum nullum neque natura delectabile · sed simpliciter delecta-
bile · quare neque delectationes · Ut enim delectabilia ad alia constituta sunt · sic et de-
lectationes ab hiis · Adhuc non necessarium alterum quid esse melius delectatione · quemadmodum quidam
aiunt finem generationis · Non enim generationes sunt · neque cum generatione omnes · sed operationes et
finis · neque fientium accidunt · sed utentium · et finis non omnium alterum quid · sed in per-
fectionem ducentium nature · Propter quod et non bene habet sensibilem generationem dicere esse de-
lectationem · sed magis dicendum operationem eius qui secundum naturam habitus · pro eo autem quod sensi-
bilem · non impeditam · Videtur autem generatio quedam esse · quoniam principaliter bonum ·
operationem enim generationem existimant esse · est autem alterum · esse autem pravas quoniam egri-
tudinalia quedam delectabilia · idem quoniam sana quedam prava ad pecuniam · Hoc quidem
prava ambo · sed non prava secundum hoc · quia et speculari aliquando nocet ad sanitatem ·
Impedit autem neque prudentie neque habitui neque unicuique ab unoquoque delectatio · sed ali-
ene · quia que a speculari et discere · magis faciunt speculari et discere · Ar-
tis autem non esse opus neque unam delectationem · rationabiliter accidit · neque enim alterius o-
perationis neque una ars · sed potentie · quamvis et pigmentaria ars et pul-
mentaria videtur delectationis esse · Temperatum autem fugere et prudentem persequi non tristem
vitam · et pueros et bestias persequi · eodem solvuntur omnia · Quia enim
dictum est qualiter bone simpliciter · et qualiter non bone omnes delectationes · tales et pu-
eri et bestie persequuntur · et harum non tristitiam prudens · eas que cum concupiscentia
et tristicia et corporales · tales enim hee · et harum superhabundantias fugit
secundum quas intemperatus intemperatus · propter quod temperatus fugit illas · quia sunt delecta-
tiones et temperati · Sed tamen quoniam et tristicia malum confessum est · et fugibile · hoc
quidem enim simpliciter malum · hoc autem in eo quod quoquomodo impeditiva · fugibili autem con-
trarium in quantum fugibile aliquid et malum · bonum · Necessarium igitur delectationem bonum
quoddam esse · Ut enim Speusippus solvebat · non convenit solutio · quemadmodum maius minori
et equali contrarium · Non enim utique diceret quod malum quid esse delectationem ·
Optimum autem nichil prohibet delectationem esse aliquam · si quedam prave delectationes
quemadmodum et scientiam quandam quibusdam pravis existentibus · Forte autem et necessari-
um · siquidem uniuscuiusque habitus sunt operationes non impedite · sive omnium
operatio est felicitas · sive alicuius ipsorum · utique est non impedita

[illegible]

[illegible]

eligibilissimā ēē. hec aūt delectatō. q̄re erit utiq; aliqua delectatō op
tima multis delectatōibꝫ prauis existentibꝫ. si contingit simpliciter. ꝓpt
hoc omnes felicē delectabilē existimant uitā ēē. et implicant delectatō
nem felicitati rōnabilit̄. Nulla eni opatō ꝑfecta impedita.
felicitas aūt ꝑfectorū. ꝓpt q indiget felix hiis q̄ i corpore bonis et hiis q̄
exterius et fortuna ut nō impediant hec. Rotatū aūt et infortuniis ma
gnis incidentē. felicem dicentes ēē si sit bonꝰ. uel uolentes uel nolentes
nichil dicunt. ꝓpt indigere aūt fortuna. Videt quibusdā idē ēē bona for
tuna felicitati nō existens. q et ipa supexcellens impedit est. et forte
nō adhuc bonā fortunā iustū uocare. ad felicitatē eni termīnꝰ ipīꝰ.
Et psequi aūt omia et bestias et homines delectatōem. signū quoddā ēē
q̄ est aliqualiter optim ipam. Fama aūt nō omnino ꝑditur. quā ꝑpli multi
famant. Sꝫ q nō eadem nec natura nec habitus optimus nec ē nec uē nec delecta
tōem psequuntur eandē omnes. Delectatōem quidē omnes. Forte
aūt psequunt nō quā existimant nec quā utiq; dicent. sꝫ eandē. omnia
eni natura habēt quodam diuinū. Sꝫ assumpserūt nōis hereditatē corporales
delectatōes ꝓpt et plurīes inclinare i ipas. et omnes ꝑticipare ipis.
ꝓpt solas igitᵉ cognitas ēē. has solas existimant ēē. Manifestū aūt quā
si nō delectatō bonū et opatō. nō erit uiuere delectabilē felicē. cuius eni grā
indigeret utiq; ipa siquidē nō bonū. sꝫ et triste contingit uiuere. neq;
malum eni nec bonum tristicia siquidē delectatō. Que ꝓpt quid utiq; fu
geret. neq; utiq; delectabilis uita studiosi si nō et opatōnes ipiꝰ. De
corporalibꝫ aūt utiq; delectatōibꝫ intendendū dicentibꝫ quā quedā de
lectatōes eligibiles ualde puta bone. sꝫ nō corporales et circa quas in
temperatus. ꝓpt quid igitᵉ contrarie tristicie male. malo eni bonū contrariū.
Vel sic bone ut necesse. quā et nō malū ē bonū. uel usqꝫ ad hoc bone. hitu
um quidē et motuū. quorū nō est melioris superhabundantia nec delecta
tōis. quorū aūt est et delectatōis. ē corporaliū aūt bonorū ē superhabund
et prauus psequendo superhabundātiā est prauus. sꝫ nō necessarias. omnes eni gau
dent aliqualiter et pulmentis et uino et uenereis. sꝫ nō ut oportet. contrarie
aūt tristicia. Non eni superhabundantiā fugit sꝫ totaliter. Non eni ē su
perhabund tristicia contraria. sꝫ psequenti superhabundantiā. Quia aūt nō solū oportet
uerū dicere sꝫ et causam falsi. hec eni facit ad fidem. cum eni rōnabile ap
pareat ꝓpt quid uidetur uerū nō ens uerū. credere uerū facit magis. Quare dicendū
ꝓpt quid uident corporales delectatōes eligibiliores. primū quidē
utiq; quā expellit tristiciam. et ꝓpt superhabundantias tristicie ut
existente medicina delectatōnes psequunt superhabundan
tes et totaliter corporales. uehementes aūt fiunt medicine. ꝓpt quod et
fiunt ꝓpt ꝑ contrarium uident. sꝫ nō studiosum. utiq; ut delectatō
ꝓpt duo hec. quā ad dem et quā hec quidē praue nature sunt operatōes. uel
ex natiuitate. quā ad bestie. uel ꝓpt consuetudinem. quā ad prauorū ho

[illegible]

[illegible commentary]

minimum medicine. Et quam indigentis et hic melius quam si haec accidit sani. Accidunt quoque studiose. Adhuc prosequuntur propter vehementes esse et non potentibus aliis gaudere. Ipsi quoque sibi ipsis sitim quandam preparant. Quando quidem innocuas non increpabile, quando autem nocivas pravum. Neque enim habent altera in quibus gaudent et neutrum multis triste propter naturam. Semper enim laborat animal quemadmodum et naturales sermones testantur videre et audire dicentes esse triste, sed iam assueti sumus ut aiunt. Similiter autem in iuventute quidem propter augmentum quemadmodum inebriati disponuntur et delectabile iuventus. Melancholici autem secundum naturam indigent semper medicina. Etenim corpus morsum consumitur propter complexionem et semper in appetitu vehementi sunt. Expellit autem delectatio tristitiam que contraria et contingens si sit fortis. Et propter hec intemperati et pravi fiunt. Que autem sine tristitiis non habent superhabundantiam. Hec autem que natura delectabilium et non secundum accidens. Dico autem secundum accidens delectabilia medicantia. Quoniam enim accidit mederi et sufficiente sano operante aliquid propter hoc delectabile videtur esse. Natura autem delectabilia que faciunt actum talis alicuius nature. Non semper autem nullum delectabile idem propter non simplicem esse naturam nostram sed esse aliquid et alterum secundum quod corruptibilia. Quare siquid alterum agat hoc alteri nature preter naturam. Cum autem equetur neque triste videtur neque delectabile quod operatum. Quia si alicuius natura simplex sit, semper eadem actio delectabilissima erit. Propter quod deus semper unam et simplicem gaudet delectationem. Non enim solum motus est operatio sed et immobilitatis. Et delectatio magis in quiete est quam in motu. Transmutatio autem omnium dulcissimum secundum poetam propter maliciam quandam. Quemadmodum enim homo facile transmutabilis malus, et natura que indiget transmutatione. Non enim simplex neque epieikes. De continentia quidem igitur et incontinentia et de delectatione et tristitia dictum est et quid utrumque et qualiter hec quidem bona ipsorum sunt, hec autem mala. Reliquum autem et de amicitia dicemus. Incipit liber VIII.

Post haec autem de amicitia sequitur utique pertransire. Est enim virtus quedam vel cum virtute. Adhuc maxime necessarium in vitam. Sine amicis enim nullus utique eliget vivere habens reliqua bona omnia. Etenim divitiis et principatus et potentatus possidentibus videtur amicis maxime esse opus. Que enim utilitas talis bone fortune ablato beneficio quod fit maxime et laudabilissimum ad amicos? Vel qualiter utique servabitur et salvabitur sine amicis? Quanto enim maior tanto instabilior. In inopia et reliquis infortuniis solum existimant refugium esse amicos. Et iuvenibus autem ad impeccabile. Et senioribus ad famulatum et deficiens actionis propter debilitatem adiutorium. Hiis qui in adolescentia ad bonas actiones. Simulque duo venientes. Etenim intelligere et agere potentiores. Natura que inest videtur ad genitum generanti non solum in hominibus sed et in volatilibus et plurimis animalium et in hiis qui eiusdem gentis adinvicem et maxime hominibus. Unde et philantropos laudamus. Videbit autem utique aliquis et in erroribus ut familiare omnis homo homini et amicum. Videtur autem et civitates continere amicitia et legislatores magis circa ipsam studere quam iustitiam. Concordia enim simile aliquid amicitie esse videtur. Hanc enim maxime appetunt et contentionem inimicam existentem maxime

[illegible commentary]

[illegible]

expelluntur. Et amicis quidem existentibus nichil opus est iusticia. iusti autem existentes indigent amicicia. et iustorum maxime amicabile esse uidetur. Non solum autem necessarium est sed et bonum. philophilos enim laudamus. polifilia quoque uidetur bonorum aliquid esse. et quidam eosdem existimant uiros bonos esse et amicos. Dubitantur autem de ipsis pauca. hii quidem similitudinem quandam ponunt ipsam. et similes amicos. unde similem aiunt ut simile. et kaloyum ad kaloyum. et quecumque talia. hii autem ex contrario figulos omnes tales ad inuicem aiunt esse. et de hiis ipsis superius querunt. et naturalius euripides quidem dicens desiderare quidem pluuiam terram siccatam. desiderare autem uenerabile celum impletum pluuia: cadere in terram. et eraclitus contrarium conferens et ex differentibus optimam armoniam. et omnia secundum litem fieri. ex contrario autem hiis alii. et empedocles. simile enim simile appetit. Naturalia quidem igitur dubitationum relinquantur. Non enim propria presentis intentionis. Quecumque autem sunt humana et conuenientia ad mores et passiones. hec intendamus. puta utrum in omnibus fit amicicia. uel non possibile malos existentes amicos esse. et utrum una species amicicie est. uel plures. unam quidem enim existimantes. quoniam recipit et magis et minus. et aliena sunt. Dictum autem de ipsis superius. Forte autem utique de ipsis fiet manifestum cognito amabili. Videtur autem non omne amari: sed amabile. Hoc autem esse bonum uel delectabile uel utile. Videbitur autem utique utile esse per quod fit bonum aliquod uel delectatio. Quare amabilia utique erunt. et bonum et delectabile: ut fines. Vtrum igitur bonum amant. uel quod ipsis bonum. Dissonant enim quandoque hec. Similiter autem et circa delectabile ipsum. Videtur autem et quod ipsi bonum amare unusquisque. et esse simpliciter quidem bonum amabile unicuique autem quod unicuique. Amat autem unusquisque non ens ipsi bonum: sed apparens. Differet autem nichil. erit enim amabile apparens. Tribus autem entibus propter que amant. in inanimatorum quidem amatione non dicitur amicicia. Non enim est redamatio neque uoluntas eorum boni. ridiculum enim forte uino uelle bona. sed si quid saluari uult ipsum. ut ipse habeat. Amico autem aiunt oportere uelle bona illius gratia. Volentes autem sic bona beniuolos dicunt. si non idem et ab illo fiat. beniuolentiam in contrapassis amiciciam esse. uel apponendum non latentem. Multi enim sunt beniuoli quibus non uiderunt. existimant autem epyeikes esse uel utiles. hoc autem idem et si illorum aliquis patiatur adhuc. beniuoli quidem igitur isti uidentur ad inuicem. Amicos autem quomodo utique aliquis dicat esse latentes ut habent sibi ipsis. Oportet igitur beniuolos esse ad inuicem. et uelle bona non latentes. propter unum aliquod eorum. Differunt autem hec ab inuicem specie. et amationes igitur et amicicie. equales numero amabilibus. Secundum unumquodque enim est redamatio non latens. Amantes autem ad inuicem uolunt bona ad inuicem. secundum quod amant. Qui quidem igitur propter utile amant ad inuicem non secundum se ipsos amant. Sed secundum quod fit aliquod ipsis ab inuicem bonum. Similiter autem et qui propter delectationem. Non enim in quales quosdam esse,

[illegible]

[illegible]

C

diligunt eos, sed quoniam delectabiles sibi ipsis. Quique propter utile amant, propter sibi ipsis bonum diligunt, et qui propter delectationem, propter sibi ipsis delectabile, et non secundum quod amatus, sed secundum quod utilis vel delectabilis. Et per accidens utique amicicie hee sunt. Non enim secundum quod est qui aliquis est amatus sic amatur, sed secundum quod tribuunt hii quidem bonum aliquod, hii autem delectationem. Facile solubiles utique tales sunt non permanentibus ipsis similibus. Si enim non adhuc delectabiles vel utiles sint, quiescunt amantes. Utile autem non permanet sed aliud fit aliud. Dissoluto igitur propter quod amici erant, dissolvitur et amicicia, ut existente amicicia ad illa. In maxime autem in senibus talis utique amicicia fit. Non enim delectabile tales persequuntur sed utile. Et eorum qui in adolescentia et iuventute quicumque conferens persequuntur. Non omnino autem tales neque convivunt ad invicem. Quandoque enim neque sunt delectabiles; neque utique indigent tali societate si non utiles sint. In tantum enim sunt delectabiles in quantum spem habent boni. In hac autem et peregrinam ponunt. Iuvenum autem amicicia propter delectationem esse videtur. Secundum passionem enim isti vivunt, et maxime persequuntur delectabile ipsis et presens. Etate autem transcendente et delectabilia fiunt altera. Propter quod velociter fiunt amici et quiescunt. Simul enim cum delectabili amicicia transcidit. Talis autem delectationis velox transmutatio. Et amativi autem iuvenes. Secundum passionem enim et propter delectationem quod multum amative. Propter quod amant et cito quiescunt, multotiens eadem die transcidentes. Conmanere autem per totam diem et convivere isti volunt. Fit enim ipsis quod secundum amicitiam sic. Perfecta autem est bonorum amicicia et secundum virtutem similium. Isti enim bona similiter ad invicem volunt secundum quod boni; boni autem sunt secundum se ipsos. Volentes autem bona amicis illorum gratia maxime amici. Propter se ipsos enim sic habent, et non secundum accidens. Permanet igitur horum amicicia usque quo utique boni sint. Virtus autem mansivum. Et est uterque simpliciter bonus et amico. Boni enim et simpliciter boni et ad invicem utiles. Similiter autem et delectabiles. Boni enim et simpliciter delectabiles et ad invicem. Unicuique enim secundum delectationem sunt proprie actiones et tales. Bonorum autem tales vel similes. Talis autem amicicia mansiva rationabiliter. Copulat enim in ipsa omnia quecumque oportet amicis existere. Omnis enim amicicia propter bonum vel propter delectationem, vel simpliciter vel amanti, et secundum similitudinem quandam. Huic autem omnia existunt secundum ipsos. Hac enim similia et reliqua, et simpliciter bonum et delectabile simpliciter est. Maxime utique hec amabilia. Et amare igitur et amicicia in hiis maxime et optima. Raras autem convenientes tales esse. Pauci enim tales. Adhuc autem indiget tempore et consuetudine. Secundum proverbium enim non est scire ad invicem antequam sal consumant; neque acceptari oportet prius neque esse amicos antequam utique uterque appareat amabilis et credatur. Qui autem cito amicabilia ad invicem faciunt, volunt quidem amici esse, non sunt autem si non et amabiles et hoc sciant. Voluntas quidem igitur velox amicitie fit. Amicicia autem non. Hec quidem igitur et secundum tempus et secundum reliqua perfecta est, et

D

[illegible]

[illegible]

[illegible]

omnia hec fit. et simul utrique ab utroque, quod oportet amicis existere. Que autem propter de-
lectabile similitudinem hec habet. Etenim boni delectabiles adinvicem. Similiter
autem et qui propter utile, et enim tales adinvicem boni. Maxime autem et in hiis a-
micicie permanent, cum equale fiat adinvicem, puta delectatio, et non solum sic
sed et ab eodem, quale eutrapelis, et non ut amatori et amato. Non enim in eisdem dele-
ctantur isti, sed hic quidem videns illum, hic autem famulatum recipiens ab a-
matore. Finiente autem pulchritudine, quandoque et amicicia finitur. Huic
quidem enim non est visio delectabilis, huic autem non fit famulatus. Multi autem rur-
sus permanent, si ex consuetudine mores diligant, consuetudinales existentes. Qui autem
non delectabile commutant sed utile in amabilibus, et sunt minus amici et perma-
nent. Qui autem propter utile existentes amici, simul cum conferente dissolvun-
tur. Non enim adinvicem erant amici, sed utilis. Propter delectationem quidem igitur et propter utile
et pravos contingit amicos adinvicem esse, et epieikees pravis, et neutrum
quibuscumque. Propter seipsos autem, videlicet solos bonos. Mali enim non gaudent
se ipsis, si non aliqua utilitas fiat. Et sola autem bonorum amicicia intrans-
mutabilis est. Non enim facile nulli credere de eo qui in multo tempore
ab ipso probatus est. Et credere in hiis, et numquam iniustum facere, et quecum-
que alia in ea que ut vere amicicia dignificantur. In aliis autem nichil prohi-
bet talia fieri. Quia enim homines dicunt amicos, et propter utile quemadmodum civi-
tates. Videntur enim compugnationes civitatibus fieri gratia conferentis, et e-
os qui propter delectationem adinvicem diligunt quemadmodum diligunt pueri. For-
te quidem oportet dicere et nos amicos tales. Species autem amicicie plures, sed primo quidem
et principaliter bonorum secundum quod boni. Reliquas autem secundum similitudinem. Secundum quod enim
bonum aliquid et simile aliquid sunt amici. Etenim delectabile bonum aliquid ama-
toribus delectationum. Non omnino autem hee copulantur, neque fiunt iidem amici
propter utile et delectabile. Non enim omnino coniunguntur que secundum accidens. In hec autem
species amicicia distributa, pravi quidem erunt amici propter delectationem vel utile
sic similes existentes, boni autem propter seipsos amici, secundum quod enim boni. Isti
quidem igitur simpliciter amici, illi autem secundum accidens et in assimilari hiis. Que-
admodum autem in virtutibus hii quidem secundum habitum, hii autem secundum operationem boni dicuntur,
sic et in amicicia. Hii quidem enim convivientes gaudent adinvicem
et tribuunt bona, hii autem dormientes vel separati locis non operantur quidem, sic autem
habent ut operentur amicabiliter. Loca enim non dissolvunt amiciciam simpliciter,
sed operationem. Si autem diuturna absentia fiat, et amicicie videtur oblivionem
facere. Unde dictum est: multas utique amicicias non appellatio dissolvit. Non
videntur autem neque senes neque severi amativi esse. Breve enim in ipsis quod dele-
ctationis. Nullus enim potest per diem commorari cum tristi neque cum non delectabi-
li. Maxime enim natura videtur triste quidem fugere, appetere autem delectabi-
le. Qui autem recipiunt adinvicem non convivientes autem, benivolis autem
assimulantur magis quam amicis. Nichil enim sic est amicorum ut convivere.
Utilitatem quidem enim indigentes appetunt, commorari autem simul et di-

[illegible]

[illegible]

enim et beati. Solitarios quidem enim esse hiis nequaquam convenit. Conversari autem ad invicem non est delectabiles existentes neque gaudentes eisdem, que amicabilis videtur habere. Maxime quidem igitur est amicitia que bonorum, quemadmodum multotiens dictum est. Videtur enim amabile quidem et eligibile quod simpliciter bonum vel delectabile, unicuique autem quod ipsi tale. Bonus autem bono propter ambo hec. Assimilatur autem amatio quidem passioni, amicitia autem habitui. Amatio enim non minus ad inanimata est. Redamant autem cum electione. Electio autem ab habitu. Et bona volunt amatis illorum gratia non secundum passionem sed secundum habitum. Et amantes amicum quod ipsis bonum amant. Bonus enim amicus factus bonum fit cui amicus. Uterque igitur amat et quod ipsi bonum et equale retribuit voluntate et delectabili. Dicitur enim amicitia equalitas. Maxime autem et que bonorum hec existunt. In senibus autem et senilibus minus fit amicitia, quanto magis discoli sunt et minus colloquiis gaudent. Hec enim videntur maxime esse amicabilia et factiva amicitie. Propter quod iuvenes fiunt quidem amici cito, senes autem non. Non enim fiunt amici quibus utique non gaudent. Similiter autem neque senes. Sed tales benivoli quidem sunt ad invicem; volunt enim bona et obviant ad necessitates. Amici autem non omnino sunt propter non commorari neque gaudere ad invicem, que utique maxime esse videntur amicabilia. Multis autem esse amicum secundum perfectam amicitiam non contingit, quemadmodum neque amare multos simul. Assimilatur enim superhabundantie. Tale autem ad unum natum est. Multos autem simul eidem placere valde non facile, forte autem neque bonum esse. Oportet autem et experientiam accipere et in consuetudine fieri, quod omnino difficile. Propter utile autem et delectabile multis placere contingit. Multi enim tales et in pauco tempore ministrationes. Horum autem magis videtur amicitia quod propter delectabile, cum eadem ab ambobus fiunt et gaudent ad invicem vel eisdem. Quales iuvenum sunt amicitie. Magis enim in hiis liberale. Que autem propter utile negotiatorum. Et beati autem utilibus quidem nichil indigent, delectabilibus autem. Convivere enim volunt aliquibus. Triste autem pauco quidem tempore ferunt, continue autem nullus utique sustineret, neque ipsum bonum si triste ipsi erit. Propter quod amicos delectabiles querunt. Oportet autem forte et bonos tales existentes et adhuc sibi ipsis. Sic enim sibi ipsis existunt que oportet amicis. Qui autem in potestatibus divisis videntur uti amicis. Alii enim ipsis sunt utiles et alii delectabiles. Ambo autem idem non omnino; neque enim delectabiles cum virtute querunt neque utiles in bonis. Sed hos quidem eutrapelos delectabile appetentes, hos autem deinos operari quod preceptum est. Hec autem non omnino fiunt in eodem. Delectabilem autem et utilem simul dictum est quoniam studiosus. Sed superexcellenti non fit talis amicus si non et virtute superexcellatur. Si autem non, non adequat secundum analogiam superexcessus. Non omnino autem consueverunt tales fieri. Sunt autem que dicte amicitie in equalitate. Eadem enim fiunt ab ambobus et volunt ad invicem vel alterum pro altero

[illegible]

[illegible]

mutant. puta delectationem pro utilitate. quum aut [illegible] sunt hee amicicie et manent. adhuc videntur et propter similitudinem et dissimilitudinem eiusdem esse et non esse amicicie. Secundum similitudinem enim ei que secundum virtutem videntur amicicie. hec quidem enim delectabile habet. hec autem utile. hec autem existunt et illi. In eo autem quod hec quidem impermutabilem et mansiva esse. has autem velociter transcendere. aliisque differre multis. non videntur amicicie esse propter dissimilitudinem illius. Altera autem species amicicie est que secundum superhabundantiam. puta patri ad filium et totaliter seniori ad iuniorem. viroque ad uxorem. et omni imperanti ad imperatum. Differunt autem hee adinvicem. Non enim eadem parentibus ad filios et principantibus ad subiectos. sed nec patri ad filium et filio ad patrem. nec viro ad uxorem et uxori ad virum. Altera enim unicuique horum virtus et opus. altera autem et propter que amant. Altere igitur et amationes et amicicie. Eadem quidem utique non fiunt utrique ab utroque. neque oportet querere. Cum autem parentibus quidem filii tribuunt que oportet genitoribus. parentes autem filiis que oportet filiis. mansiva talium et epyikes erit amicicia. Analoga autem in omnibus secundum superhabundantiam existentibus amiciciis et amationem oportet fieri. puta meliorem magis amari quam amare et utiliorem et aliorum unumquodque similiter. Cum enim secundum dignitatem amatio fiat. tunc fit aliqualiter equalitas. quod utique amicicie esse videtur. Non similiter autem esse videtur equale in iustis et in amicicia. Est enim in iustis quidem equale. primo quod secundum dignitatem. quod autem secundum quantitatem secundo. In amicicia autem quod quidem secundum quantitatem primo. quod autem secundum dignitatem secundo. Manifestum autem si multa distantia fiat virtutis vel malicie vel egestatis vel alicuius alterius. Non enim adhuc amici sunt. sed neque dignificant. Manifestum autem hoc in diis. plurimum enim isti omnibus bonis superexcellunt. manifestum autem et in regibus. Non enim hiis dignificant esse amici qui multum deficiunt. neque optimis vel sapientissimis qui nullo digni. Certe quidem igitur in talibus non est diffinitio usque quo amici. Multis enim ablatis adhuc manet. multum autem diviso puta deo non adhuc. Unde et dubitatur ne forte non volunt amici amicis maxima bonorum puta deos esse. non enim adhuc amici erunt ipsis. neque utique bona. amici enim bona. Si utique bene dictum quod amicus amico vult bona illius gratia. manere utique oportet qualis aliquis est ille. homini autem existenti volet maxima esse bona. forte autem non omnia. sibi ipsi enim maxime unusquisque vult bona. Multi autem videntur propter amorem honoris velle amari magis quam amare. propter quod amatores adulationis multi. superexcellens enim amicus adulator. vel fingit talis et magis quam amari. Amari autem esse videtur propinquum ei quod est honorari. quod utique multi appetunt. Non propter se ipsum autem videntur desiderare honorem sed secundum accidens. gaudent enim multi ab hiis qui in potestatibus honorari propter spem. Existimant enim adipisci ab ipsis quo indigent. ut utique signo bone passionis

[illegible]

[illegible]

D

Deinde cum dicit Ex dictis ... [illegible]

gaudent honore. Ab epieikibus autem et scientibus appetentes
honorem firmare propriam opinionem de ipsis appetunt. gaudent
utique quoniam sunt boni credentes dicentium iudicio. In amari autem secundum se
ipsum gaudent. propter quod utique melius esse eo quod est honorari et amicitia
secundum seipsam eligibilis esse. Videtur autem in amare magis quam in amari esse. Signum
autem matres eo quod est amare gaudentes. Quedam enim dant filios suos nu
triri et amant quidem scientes. redamari autem non querunt si utraque non con
tingant. sed sufficiens ipsis videtur esse si videant bene operantes. et ipse
amant ipsos. et si illi non possunt reddere que conveniunt propter ignorantiam. Ma
gis autem amicicia existente in amare. et amatoribus amicorum lauda
tis. amicorum virtus amare videtur. quare in quibus hec fit secundum dignitatem
isti mansivi amici. et talium amicicia. Sic autem utique et inequales
maxime erunt amici. equabuntur enim utique. Equalitas autem et similitu
do amicicia. et maxime quidem eorum qui secundum virtutem similitudo. Mansivi
enim existentes secundum seipsos et ad invicem manent. et neque indigent pra
vis neque ministrant talia. sed ut dicere et prohibent. bonorum enim neque
ipsos peccare neque amicis concedere ministrare. Mali autem firmum quidem
non habent. neque enim sibi ipsis permanent similes existentes. In paucum autem
tempus fiunt amici gaudentes ad invicem malicia. Utiles
autem et delectabiles in plus permanent. Usque enim utique tribuant delectatio
nes vel utilitates ad invicem. Ex contrariis autem maxime quidem videtur propter uti
le fieri amicicia. puta pauper diviti. indisciplinatus scienti. Quo
enim existit aliquis indigens eius. hoc appetens redonat aliud
hoc autem utique aliquis attrahat. et amatorem et amatum. et pulchrum et
turpem. propter quod videntur amatores ridiculi quandoque dignificantes a
mari ut amant. sed tamen amabiles existentes forte dignificandi
necessario autem tale habentes ridiculum. Forte autem neque appetit contrarium contrarium secundum
seipsum. sed secundum accidens. Appetitus autem medii est. Hoc enim bonum. puta sicco non
humido fieri. sed ad medium venire. et calido similiter. Hoc quidem igitur dimit
tantur. Etenim est magis alienum. Videtur autem quemadmodum in principio dictum est
circa eadem et in eisdem esse. et amicitia et iustum. In omni enim communi
catione videtur aliquod iustum esse. et amicicia autem. Appellant igitur et amicos
connavigatores et commilitones. Similiter autem et eos qui in aliis communi
cationibus. Secundum quantum autem communicant tantum est amicicia. Etenim iustum
et proverbium communia que amicorum recte. In communicatione enim amicicia.
Est autem fratribus quidem et conviventibus omnia communia. Aliis autem discreta. et
hiis quidem plura. hiis autem minora. Etenim amiciciarum hee quidem
magis. hee autem minus. Differunt autem et iusta. Non enim eadem pa
rentibus ad filios et fratribus ad invicem neque et civibus. Similiter autem et
in aliis amiciciis. Altera autem et iniusta ad singulos horum et
augmentationem accipiunt in magis ad amicos esse. puta pe

E

Deinde cum dicit Forte autem ... [illegible]

F

Deinde cum dicit ... [illegible]

G

Deinde cum dicit Sunt autem fratribus ... [illegible]

H

Deinde cum dicit Communitates autem omnes ... [illegible]

[illegible]

[illegible]

cuiusque privati extiterint, durius quam civem; et non iuvare fratrem quam extraneum; et patrem percutere quam quemcumque alium. Augmentari autem natum est et iustum cum amicicia, ut in eisdem entia et equaliter adveniencia.

Communicationes autem omnes particulis assimilantur politice. Conveniunt enim in aliquo conferente, et tribuentes aliquid eorum que in vita. Et politica communicatio conferentis gratia videtur et ex principio convenire et permanere. Hoc enim et legis positores coniectant, et iustum aiunt esse quod communiter confert. Alie quidem igitur communicationes secundum partes conferentes appetunt, puta navigatores quidem quod secundum navigium ad operationem pecuniarum vel aliquid talium, commilitones autem quod secundum bellum, sive pecunias sive victoriam sive civitatem appetentes. Similiter autem et tribules et plebei. Quedam autem communicationum propter delectationem videntur fieri, conchoreantium et eranistarum. Hee enim gratia sacrificii et convictus. Omnes autem hee sub politica esse videntur. Non enim presentis conferentis politica appetit, sed in omnem vitam, sacrificia facientes, et eas que circa has congregationes, honoresque tribuentes diis, et sibi ipsis requiem tribuentes cum delectatione. Antique enim sacrificia et congregationes videntur fieri post fructuum collectiones, puta primicie. Maxime enim in hiis vacabant temporibus. Omnes utique communicationes videntur particule politice esse. Consequuntur autem tales amicicie talibus communicationibus.

Politice autem sunt species tres, equales autem et transgressiones, puta corruptiones harum. Sunt autem politie quidem regnum et aristocratia. Tercia autem que a preciis, quam timocraticam dicere conveniens videtur, politiam autem consueverunt ipsam plures vocare. Harum autem optima quidem regnum, pessima autem democratia. Transgressio autem regni quidem tyrannis. Ambe enim monarchie. Differunt autem plurimum. Tyrannus quidem enim sibi ipsi conferens intendit, rex autem quod subditorum. Non enim est rex qui non per se sufficiens et omnibus bonis superexcellens. Talis autem nullo indiget. Utilia igitur sibi ipsi quidem non utique intendet, subditis autem. Qui enim non talis, clerotes utique erit quidam, quem tragis rex. Tyrannus autem ex contrarietate huic. Sibi ipsi enim bonum persequitur. Et manifestius in hac quoniam pessima. Pessimum autem contrarium optimo. Transgreditur autem ex regno in tyrannidem. Pravitas enim monarchie tyrannis. Malus autem rex tyrannus fit. Ex aristocratia autem in oligarchiam, malicia principum, qui tribuunt que civitatis preter dignitatem, et omnia vel plurima bonorum sibi ipsis, et principatus semper eisdem, de plurimo facientes ditari. Pauci autem principantur et mali pro hiis qui maxime epieikees. Ex timocratia autem utique in democratiam. Conterminales enim sunt hee. Multitudinis enim vult et timocratia esse, et equales omnes qui in honoratione. Minimum autem malum est democratia. In parvum enim transgreditur politice speciem. Transmutantur quidem maxime

[illegible]

Democratia [illegible]

[illegible]

[illegible commentary, upper margin]

sic politice: sinnumimeni sit et facile transgrediuntur. Similitudines autem ipsarum et velud exemplum accipiet aliquis utique et in domibus. Patris quidem enim ad filios communicatio regni habet figuram. Filiorum enim patri cura. Hinc autem et Homerus Iovem patrem appellat. Paternus enim principatus vult regnum esse. In Persis autem qui patris tyrannicus. Utuntur enim ut servis filiis. Tyrannicus autem et qui domini ad servos. Domini enim conferens in ipso operatur. Iste quidem igitur rectus, Persicus autem qui peccat; differentium enim principatus differentes. Viri autem et uxoris aristocraticus videtur. Secundum dignitatem enim vir principatur et circa hec que oportet virum; quecumque autem uxori congruunt, illi reddit. Omnium autem dominans vir in oligarchiam transponit. Preter dignitatem enim ipsum facit et non secundum quod melior. Quandoque autem principantur uxores heredes existentes. Non utique fiunt secundum virtutem principatus, sed propter divitias et potentiam, quemadmodum in oligarchiis. Thimocratico autem assimulatur qui fratrum. Equales enim, nisi in multum etatibus differunt. Propter quod si multum etatibus differunt, non adhuc fraterna amicitia. Democratia autem maxime quidem in hiis que sine dominatione habitationibus. Hic enim omnes ex equali. Et in quibus debilis qui principatur et unicuique potestas. Secundum unamquamque autem urbanitatum amicitia videtur, in quantum et iustum. Regi quidem ad subiectos in superhabundantia beneficii. Benefacit enim subditis, siquidem bonus ens curam habet eorum, ut bene operentur, quemadmodum pastor ovium. Unde et Homerus Agamemnona pastorem populorum dixit. Talis autem et paterna. Differt autem magnitudine beneficiorum. Causa enim essendi existimatur maxime esse et nutrimenti et disciplinae. Sed et progenitoribus hec attribuuntur. Et natura enim principativus pater filiorum et progenitores nepotum et rex subditorum. In superexcessu autem amicicie. Propter quod et honorantur parentes. Et iustum utique in hiis non idem, sed secundum dignitatem. Sic enim utique et amicitia. Sed et viri ad uxorem eadem amicitia et in aristocratia. Secundum virtutem enim et meliori plus boni, et congruens unicuique. Sic autem et iustum. Que autem fratrum etairike assimulatur. Equales enim et coetanei. Tales autem unius discipline et unius moris ut in multum. Assimulatur utique huic et que secundum thimocratiam. Equales enim cives volunt et epieikees esse. In parte utique principari et ex equali. Sic utique et amicitia. In transgressionibus autem quemadmodum et iustum in parvum est, sic et amicitia, et nequaquam in pessima. In tyrannide enim nichil vel parum amicitie. In quibus enim nichil commune principanti et subiecto, neque amicitia; neque enim iustum, sed velud artifici ad organum et anime ad corpus et domino ad servum. Iuvantur quidem enim hec ab hiis quibus utuntur. Amicitia autem non est ad inanimata, neque iustum. Sed neque ad equum vel bovem, neque ad servum secundum quod servus. Nichil enim commune est. Servus enim animatum organum. Or-

[illegible commentary, side columns and lower margin]

[illegible] parentes [illegible] amicus [illegible] filii [illegible] parentes amant [illegible] generatio [illegible] parentes magis amant [illegible] cognatio [illegible] sicut pars [illegible] ad totum [illegible]

[illegible] magis bona est quod parentes magis diligunt filios [illegible]

f

Deinde cum dicit. Parentes quidem [illegible] filii [illegible] parentibus [illegible] parentes diligunt filios [illegible] seipsos. Filii enim qui ex parentibus generantur [illegible] ipsi parentes [illegible] separantur. Sed filii diligunt parentes non quia ad ipsorum existentes [illegible] sunt nati.

g

Deinde cum dicit. Fratres [illegible] amici [illegible] fratres [illegible] ab eisdem nascuntur [illegible] filii sunt [illegible] parentibus [illegible] identitas filiorum [illegible] ad parentes [illegible] ipsos filios [illegible] sanguis [illegible] radix [illegible]

h. i.

Deinde cum dicit. Magnum autem [illegible] amici [illegible] fratres [illegible] etate [illegible] coetanei [illegible] diligunt [illegible] mores [illegible] etayrice.

l

Deinde cum dicit. Nepotes autem [illegible] nepotes [illegible] cognati [illegible] filii [illegible] primiores [illegible] a principe [illegible] in omnibus.

m.

Deinde cum dicit. Analogum autem [illegible] amici [illegible] cognatorum [illegible]

Deinde cum dicit. Viro autem et uxori [illegible] viri et uxoris [illegible] amici [illegible] coniugale [illegible]

ganum autem inanimatus servus. Secundum quidem igitur quod servus non est
amicicia ad ipsum sed secundum quod homo. Videtur enim esse quoddam iustum omni ho
mini ad omnem potentem communicare lege et compositione et amicici
a utique secundum quantum homo. In parvum utique et in tyrannidibus amicicie
et iustum. Quidem autem in democratiis in plurimum. Multa enim communia
equalibus existentibus. In communicatione quidem igitur omnis amicicia est quemad
modum dictum est. Dividet autem utique aliquis cognatam et etaeriticam. Politice autem
et contribulium et que connavigantium et quecumque tales communicativis assi
mulantur magis. Quasi enim secundum confessionem quandam videntur esse. In hac autem or
dinabit utique aliquis et xenicam. Sed et cognativa videtur multipha
ria esse et dependere omnis ex paterna. Parentes quidem enim diligunt
filios ut sui ipsorum aliquid existentes. Filii autem parentes ut ab illis
aliquid existentes. Magis autem sciunt parentes qui ex ipsis quam ge
niti quoniam ex hiis, et magis coappropriatur quod a quo genitum quam
factum facienti. Quod enim ex ipso proprium ei a quo, puta dens
vel capillus vel quodcumque. Illi autem nichil quod a quo, vel minus. Sed et mul
titudine temporis. Hii quidem enim confestim natos diligunt, hii autem
procedentibus temporibus parentes, intellectum vel sensum accipientes.
Ex hiis autem manifestum propter que amant magis matres. Parentes qui
dem enim filios diligunt ut seipsos. Qui enim ex ipsis velud alteri
ipsi in separari. Filii autem parentes ut ab illis nati. Fratres autem adin
vicem in ex eisdem nasci. Ad illa enim identitas adinvicem idem
facit. Propter quod aiunt idem sanguinem et radicem et talia. Sunt utique
idem aliqualiter et in divisis. Magnum autem ad amiciciam et connu
tritum et quod secundum etatem. Coetaneus enim coetaneum, et qui unius moris
etatis. Propter quod et fraterna etayrike assimulatur. Nepotes autem et reliqui
cognati ex hiis coappropriantur. In ab eisdem enim esse. Fiunt
autem hii quidem primiores, hii autem magis alieni, in prope vel longe
principem esse. Est autem ad parentes quidem amicicia filiis et homi
nibus ad deos ut ad bonum et superexcellens. Bene enim fe
cerunt maxime. Essendi enim et nutriendi cause et natis ei
quod est disciplinari. Habet autem et delectabile et utile talis amicicia magis
alienorum, quanto et communior vita ipsis est. Sunt autem et in fraterna que
quidem et in etayrica, et magis in hiis qui epyeikees, et totaliter simi
libus, quanto primiores et ex nativitate existentes diligunt
adinvicem, et ut magis unius moris qui ex eisdem et connu
triti et disciplinati similiter, et secundum tempus probatio plurima et fir
missima. Analogum autem et in reliquis cognatorum amicabilia.
Viro autem et uxori amicicia videtur secundum naturam existere. Homo enim
in natura coniugale magis quam politicum, et quanto prius et necessari
um magis domus civitate, et filiorum procreatio communius anima

k

Deinde cum dicit. Est autem ad parentes [illegible] amici [illegible] filii [illegible]

l

Deinde cum dicit. Sunt autem [illegible]

[illegible] amicicia [illegible] fratres [illegible] primiores [illegible] amici [illegible] amicicia [illegible]

[illegible] coniugale [illegible] politicum [illegible] viri et uxoris [illegible]

n

Deinde cum dicit. Aliud [illegible] amici coniugalis [illegible] filiorum [illegible] vitam [illegible] viri et uxoris [illegible] coniugalis [illegible]

o

Deinde cum dicit. Propter hoc [illegible] amici [illegible] viri et uxoris [illegible]

Deinde cum dicit. Coniunctio autem [illegible] … et uiri et uxoris [illegible] … Deinde cum dicit. Qualiter autem [illegible] … ad uxorem [illegible] … amicum et consocium [illegible] … ad proximum seu polis [illegible]

[illegible]

libus aliis quidem igitur in tantum communicatio. homines autem non solum procreationis filiorum gratia cohabitant, sed et eorum que in uitam. Confestim enim diuisa sunt opera et sunt altera uiri et uxoris. Sufficiunt igitur adinuicem ad commune ponentes propria. Propter hec autem et utile esse uidetur et delectabile in hac amicicia. Erit autem utique et propter uirtutem si epyeikees. Est enim utriusque uirtus et gaudebunt utique tali. Coniunctio autem filii uidentur esse. Propter quod et citius steriles dissoluuntur. Filii enim commune bonum amborum. continet enim commune. Qualiter autem conuiuendum uiro ad uxorem et totaliter amico ad amicum nichil aliud uidetur quam qualiter iustum. Non enim idem uidetur amico ad amicum neque ad extraneum et ethairum et condiscipulum. Tribus utique existentibus amiciciis quemadmodum in principio dictum est, et secundum unamquamque his quidem existentibus his autem secundum excellentiam. Etenim similiter boni fiunt amici et melior deteriori. similiter autem et delectabiles et propter utile equales amiciciis et differentes. Equales quidem secundum equalitatem oportet in amare et reliquis equare inequalibus autem analogum superexcellentiis assignare. Fiunt autem accusationes et uituperationes in ea que secundum utile amicicia uel sola uel maxime racionabiliter. Qui quidem enim propter uirtutem amici existunt bene operari adinuicem prompti sunt. hoc enim uirtutis et amicicie. Ad hoc autem contendentium non accusationes neque pugne. Amantem enim et benefacientem nullus contristatur. Sed si sit gratiosus retribuit bene operans. Superexcellens autem sortiens quod appetit non utique accusabit amicum. Vterque enim boni appetit. Non omnino utique neque in hiis que propter delectacionem. Simul enim ambobus fit quod appetunt si in conuiuere gaudent. Ridiculus autem utique uidetur et accusans non delectantem cum possit non conuiuere. Que autem propter utile accusatiua. In utilitate enim utentes adinuicem semper pluri indigent et minus habere existimant conuenienti et uituperant quoniam non quantis indigent tantis sortiuntur digni existentes. Benefacientes autem non possunt sufficere ad tanta quantis patientes indigent. Videtur autem quemadmodum iustum est duplex. hoc quidem non scriptum. hoc autem secundum legem. et eius que secundum utile amicicie hec quidem moralis hec autem legalis esse. Fiunt igitur accusationes maxime cum non secundum eandem communicauerint et dissoluunt. Est autem legalis que in dictis. hec quidem omnino uenalis ex manu in manum. hec autem liberalior autem in tempore secundum confessionem autem quid pro quo. Manifestum autem in hac debitum et non ambiguum. Amicatiuum autem dilacionem habet. Propter quod apud quosdam horum non sunt iusticie sed existimant oportere diligere eos qui secundum fidem communicauerunt. Moralis autem non in dictis sed ut amico donat uel cuicumque aliud quodcumque. dignificat autem equale uel plus ut non dans sed accommodans. Non similiter autem commutans et dissoluens accusabit. Hoc autem accidit propter uelle quidem omnes uel plures bona autem eligere utilia. Bonum autem benefacere non ut contrapassum. utile autem beneficiatum esse. Potenti autem retribuendum secundum dignitatem eorum que passus est et sponte. Nolentem enim amicum non faciendum. Vt utique peccantem in principio et bene patientem a quo non oportuit. Non enim ab amico neque propter ipsum hoc operante. Quemadmodum igitur in dictis beneficiatum dissoluendum. Et enim confiteretur utique potens reddere. Impotentem autem neque dans dignificabit utique. Certe

[illegible]

Deinde cum dicit. [illegible]

[illegible]

Deinde cum dicit. [illegible]

[illegible]

Dubium autem habet [illegible]

[illegible commentary, top of page: … redde equa retributionem … adiutorium … Excedat autem melior … dissolvi …]

D.

Deinde cum dicit: Indigens autem e contrario … [illegible]

Deinde cum dicit … [illegible]

E. Deinde cum dicit … [illegible]

F. Deinde cum dicit … [illegible]

H. Deinde cum dicit … [illegible]

si potens reddendo. In principio autem intendendo a quo beneficiatur et in quibus ut in hiis sustineat vel non. Dubitationem autem habet utrum oportet patientis utilitate mensurare et ad hanc facere redditionem, vel operantis beneficio. Patientes quidem enim talia aiunt accipere a beneficiantibus que parva erant illis et erat ab aliis accipere, parvificantes. Hii autem e contrario maxima eorum que ab ipsis et que ab aliis non erant, et in periculis vel talibus necessitatibus. Vel ergo propter utile quidem amicicia existente patientis utilitas mensura est. Iste enim indigens et subministrat ipsi ut assumens equale. Tantum ergo fit adiutorium quantum iste iuvatur, et reddere oportet ergo ipsi quantum accepit vel et plus. Melius enim. In hiis autem que secundum virtutem accusationes quidem non sunt. Mensure autem assimulatur operantis electio. Virtutis enim et moris in electione principale. Differunt autem et in hiis que secundum superexcellentiam amiciciis. Dignificat enim uterque plus habere. Cum autem non hoc fiat dissolvitur amicicia. Existimat enim melior convenire ipsi plus habere. Bono enim tribui plus. Similiter autem et utilior. Inutilem enim existentem non aiunt oportere equale habere. Ministrationem enim fieri et non amiciciam si non secundum dignitatem operum erunt que ex amicicia. Existimant enim quemadmodum in pecuniarum communicationibus plura accipiunt conferentes, sic oportere et in amicicia. Indigens autem et deterior e contrario. Amici enim boni esse sufficere indigentibus. Quid enim aiunt utile studioso vel potenti amicum esse nichil recepturum? Videntur enim utique dignificare recte, et oportere utrique plus tribuere ex amicicia, non eodem autem, sed superexcellenti quidem honoris, indigenti autem lucri. Virtutis quidem enim et beneficii honor retributio, indigentie autem auxilium lucrum. Sic habere autem hoc et in urbanitatibus videtur. Non enim honoratur qui nullum bonum communi tribuit. Commune enim datur ei qui commune beneficiat. Honor autem commune. Non enim est simul ditari a communibus et honorari. In omnibus enim minus nullus recipit. Ei autem qui circa pecunias minoratur honorem tribuunt, et dona expectanti pecunias. Quod secundum dignitatem enim adequat et salvat amiciciam, quemadmodum dictum est. Sic utique et inequalibus associandum, et ei qui in pecuniis utilis est vel in virtute honorem reddendum retribuentem que contingit. Possibile enim amicicia requirit, non quod secundum dignitatem. Neque enim est in omnibus, quemadmodum in hiis qui ad deos honoribus et parentes. Nullus enim secundum dignitatem aliquando utique retribuet. In potentiam autem famulans epyeikes esse videtur. Propter quod et videbitur impossibile esse filio patrem abnegare, patri autem filium. Debentem enim reddendum. Nichil autem faciens dignum eorum que suscepit operatus est. Quare semper debet. Quibus autem debetur potestas dimittere, et patri utique. Simul autem forte nullus aliquando utique recedere videtur non superexcellente in malicia. Sine enim naturali amicicia auxiliationem humanum non expellere. Huic autem fugiendum vel non festinandum subministrare malo existenti. Bene pati enim multi volunt, facere autem fugiunt ut inutile. De hiis quidem igitur tantum dictum sit. Incipit liber nonus.

In omnibus autem dissimilium specierum amiciciis analogum utique equat et salvat amiciciam quemadmodum dictum est, puta et in politica coriario pro

[illegible commentary below the main text … Explicit …]

I.

Deinde cum dicit … [illegible]

[illegible commentary at foot of page]

[illegible]

calcaritis. Retributio fit secundum dignitatem et textori et reliquis. Hic quidem igitur tributa est communis mensura numisma et ad hoc utique omnia referuntur et hoc mensurantur. In amativa autem quandoque quidem amator accusat quoniam superamans non redamatur nichil habens amabile si sic contingit. Multociens autem amatus quoniam prius repromittens omnia nunc nichil perficit. Accidunt autem talia cum hic quidem propter delectationem amatum amet, hic autem propter utile amatorem, hec autem non ambobus existunt. Propter hec enim amicicia existente dissolutio fit cum non fiant quorum gratia amabant. Non enim ipsos amabant sed existentia non mansiva. Propter quod tales et amicicie. Que autem morum secundum se ipsam existens mansiva, quemadmodum dictum est. Contendunt autem et cum altera fiant ipsis et non que appetunt. Simile enim ei quod est nichil fieri cum eo quod appetit non potitur. Puta et cithare do repromittenti, et quanto melius cantaret tanto plus. In mane autem expetenti promissiones pro delectatione delectationem reddidisse dixit. Siquidem igitur utique hic volebat sufficienter utique habuit. Si autem hic quidem delectationem hic autem lucrum, et hic quidem habet hic autem non, non utique erit quod secundum communicationem bene. Quibus enim indigens potitur hiis et attendit et illius gratia hoc dabit. Dignitatem autem utrius ordinare est, antecedentis vel preaccipientis? Qui enim antedat videtur concedere illi. Quod aiunt et Protagoram facere. Cum enim doceret quecumque, honorare discentem iussit quanto videntur digna scire, et accipiebat tantum. In talibus autem quibusdam sufficit hec: merces viro. Preaccipientes autem argentum, deinde nichil facientes eorum que dixerunt propter habundantias repromissionum, convenienter in accusationibus fiunt. Non enim perficiunt que confessi sunt. Hoc autem forte sophiste coguntur propter nullum utique dare argentum pro quibus sciunt. Isti quidem igitur quorum accipiebant mercedem non facientes convenienter in accusationibus sunt. In quibus autem non fit propter confessionem ministrationis, hii quidem propter se ipsos antedantes dictum est quoniam inaccusabiles. Talis enim secundum virtutem amicicia, et retributionem faciendum secundum electionem. Hec enim amici et virtutis. Sic autem videtur et philosophia communicantibus. Non enim ad pecunias dignitas mensuratur, precium quod equiponderans non utique fiet, sed forte quod sufficiens quemadmodum ad deos et parentes contingens. Non tali autem existente datione sed in aliquo, maxime quidem forte oportet retributionem fieri visam ambobus secundum dignitatem esse. Si autem hoc non accidat, non solum necessarium esse videbitur utique preexistentem ordinare, sed et iustum. Quantum enim utique iste adiutus est, vel pro quanto delectationem vellet, tantum recipiens habebit ab hoc dignitatem. Etenim in emptoribus sic videtur fieri. Ubique autem sunt leges voluntariarum conventionum vindictas non esse, ut oportunum cum credidit dissolvi ad hunc quemadmodum communicavit. Cum enim concessum est, hec existimant iustius esse ordinare concedentem. Multa autem non equali appreciantur habentes et volentes accipere. Propria enim et que dant singulis videntur multo digna. Sed tamen retributio fit ad tantum quantum utique ordinant accipientes. Oportet autem forte non tanto appreciari quanto habita videtur dignum, sed quanto antequam haberet appreciabatur.

Dubitationem habent autem et talia, puta utrum oportet omnia patri attribuere

[illegible]

Deinde cum dicit [illegible]

[illegible commentary]

buere et obedire. Et laboranti quidem medico obediendum, duci exercitus ad ordinandum bellicosum. Similiter autem amico magis vel studioso ministrandum. Et benefactori reddendum gratiam magis vel amico dandum, si ambobus non contingit. Igitur omnia talia certe quidem determinare non facile. Multas enim et omnimodas habent differentias et magnitudine et parvitate et bono et necessario. Quoniam autem non omnia eidem reddenda non immanifestum. Et beneficia quidem retribuendum ut in multum magis quam donandum amicis. Et quemadmodum mutuum cui debet reddendum magis quam amico dandum. Forte autem neque hoc semper, puta liberanti a latronibus utrum solventem contra liberandum, et si quicumque sit, vel non capto expetenti autem reddendum, vel patrem liberandum. Videbitur enim utique et sui ipsius magis patrem. Quod igitur dictum est universaliter, quod debitum reddendum. Si autem superexcedat dato bono vel necessario, ad hoc declinandum. Quandoque enim neque est equale antea prius existentiam retribuere, cum hic quidem studiosum sciens benefaciat, huic autem retributio fiat quem existimat malum esse. Neque enim ei accomodanti quandoque reaccomodandum. Existimans quidem enim lucrari accomodavit epieikei existenti. Hic autem non sperat lucrari a malo. Si quidem igitur veritate sic habet, non equus dignitas. Si autem habet quidem non sic, existimant autem, non utique videbitur inconveniencia facere. Quod quidem igitur multociens dictum est, et que circa passiones et actiones sermones similiter habent determinatum his circa que sunt. Quoniam quidem igitur non eadem omnibus reddenda neque patri omnia, quemadmodum neque Iovi sacrificant, non immanifestum. Quoniam autem altera parentibus et fratribus et amicis et benefactoribus, singulis propria et congruentia attribuendum. Sic autem et facere videntur. Ad nuptias quidem enim vocant cognatos. His enim commune genus et que circa hoc utique actiones. Et ad cedea autem maxime existimant cognatos obviare propter idem. Videbitur autem utique nutrimento quidem parentibus oportere maxime sufficere, ut debitores et causis essendi melius quam sibi ipsis in hoc sufficere. Et honorem autem quemadmodum diis. Non omnem autem parentibus. Neque enim eundem patri et matri. Neque rursus eum qui sapientis vel eum qui ducis exercitus. Sed patrium, similiter autem et maternum. Sed et omni seni honorem eum qui secundum etatem, assurrectione et inclinatione et talibus. Ad amicos autem rursus et fratres confidentiam et omnium communicationem. Sed et cognatis et contribulibus et civibus et reliquis omnibus semper temptandum proprium attribuere et comparare que singulis existentia secundum propinquitatem et virtutem et usum. Eorum quidem igitur qui unigenus facile iudicium. Differentium autem difficilius. Non tamen propter hoc recedendum, sed utique ut contingit sic determinandum. Habet autem dubitationem et de eo quod est dissolvere amicicias vel non ad non permanentes. Vel ad eos quidem qui propter utile vel propter delectabile amici existunt, cum non adhuc habent non inconveniens dissolvere. Illorum enim erant amici, quibus deficientibus rationabile non amare. Inculpabit autem utique aliquis si propter utile vel propter delectabile amans simulet propter mores. Quod enim in principio diximus, plurime differentie sunt amicis, cum non similiter existiment et sint amici. Quando igitur decipiatur quis et suspicetur amari propter mores nichil illo tale operante, se ipsum causabitur utique. Cum autem ab illius simulatione decipiatur, iustum accusare

Deinde cum dicit [illegible]

[illegible commentary]

[illegible]

te decipientem. Et magis quam eos qui numisma violant, quanto circa honorabilius mala operatio. Si autem acceptet ut bonum, fiat autem malus et videatur, utrum adhuc amandum? vel non possibile, siquidem non omne amabile, sed bonum. Neque oportet amatorem mali esse, neque assimilari pravo. Dictum est autem quoniam simile simili amicum. Utrum igitur confestim dissolvendum? vel non omnibus, sed insanabilibus secundum maliciam. Directionem autem habentibus, magis ad auxiliandum ad mores quam substantiam, quanto melius et amicicie magis proprium. Videbitur autem utique dissolvens nichil inconveniens facere; non enim huic vel tali amicus erat. Alteratum igitur impotens resalvare recedit. Si autem hic quidem permaneat, hic autem epyeikes magis fiat et multum differat virtute, utrum utendum amico? vel non contingit. In magna autem distantia maxime manifestum fit, puta in hiis amiciciis que ex puericia. Si enim hic quidem permaneat puer secundum intellectum, hic autem vir sit qualis optimus, qualiter utique erunt amici, neque placentes eisdem, neque gaudentes et tristati? Neque enim circa adinvicem hii existunt ipsis; sine hiis autem non erat amicos esse. Convivere enim non possibile. Dictum est autem de hiis. Utrum igitur nichil magis alienum ad ipsum habendum quam si non factus esset amicus unquam? vel oportet memoriam habere facte consuetudinis. Et quemadmodum amicis magis quam extraneis existimamus oportere largiri, sic et factis attribuendum aliquid propter factam amiciciam, cum non propter superhabundantiam malicie dissolutio fiat. Amicabilia autem que ad amicos, et quibus amicicie determinantur, videntur ex hiis que ad seipsos venisse. Ponunt enim amicum volentem et operantem bona vel apparentia illius gratia; vel volentem esse et vivere amicum ipsius gratia; quod matres ad filios passe sunt, et amicorum offensi. Hii autem convivientem et eadem eligentem vel condolentem et congaudentem amico. Maxime autem et hoc circa matres accidit. Horum autem aliquo et amiciciam determinant. Ad seipsum autem horum unumquodque epyeikei existit. Reliquis autem secundum quod tales existimant esse. Videtur enim quemadmodum dictum est mensura unicuique virtus et studiosus esse. Iste enim consentit sibi ipsi, et eadem appetit secundum omnem animam, et vult utique sibi ipsi bona et apparentia, et operatur. Boni enim bonum elaborare, et sui ipsius gratia; intellectivi enim gratia, quod unusquisque esse videtur. Et vivere vult seipsum et salvari, et maxime hoc quo sapit. Bonum enim studioso esse. Unusquisque autem sibi ipsi vult bona. Factus autem alter nullus eligit omnia habere illud quod factum; habet enim et nunc deus bonum, sed ens quid quid aliquid est. Videbitur utique intelligens unusquisque esse vel maxime. Convivere talis sibi ipsi vult. Delectabiliter enim ipsum facit. Operatorum enim delectabiles memorie, et futurorum spes bone. Tales autem delectabiles. Et theorematibus autem habundat mente. Condolet quoque et condelectatur maxime sibi ipsi. Omni enim est idem triste et delectabile, et non aliud alias; impenitibilis enim ut dicam est. In existendo utique ad seipsum singula horum epyeikes, ad amicum autem habere quemadmodum ad seipsum; est enim amicus

[illegible]

Deinde cum dicit. Volunt autem [illegible] ... quia mali se habeant ad proprium amici opera ... [illegible]

[illegible]

aliis ipse. et amicicia horum esse aliqui ut et amica quibus hec existunt. Ad seipsum autem utrum est vel non est amicicia, relinquitur in presenti. Videtur autem utique sic esse amicicia secundum quod duo vel plura ex dictis. Et quoniam superhabundancia amicicie ei que ad seipsum assimulatur. Videntur autem dicta et multis existere quamvis existentibus pravis. Igitur secundum quod placent sibi ipsis et existimant epyeikees esse, sic participant ipsis. quoniam valde pravorum et nephariorum nulli hec existunt. sed neque videntur. Fere autem neque pravis. Differunt enim a seipsis. et altera quidem concupiscunt. alia autem volunt puta incontinentes. Eligunt enim pro eis que videntur sibi ipsis bona esse delectabilia nociva entia. Hii autem rursus propter timiditatem et desidiam recedunt ab operari que existimant ipsis optima esse. Quibus autem multa et dura operata sunt et propter maliciam odiuntur. fugiunt vivere et interimunt seipsos. Quaerunt quoque mali cum quibus commorentur. seipsos autem fugiunt. Recordantur enim multorum et difficilium et talia alia sperant secundum seipsos entes. cum aliis autem entes obliviscuntur. Nichil quoque amabile habentes nichil amicabile patiuntur ad seipsos. Neque congaudent neque condolent tales sibi ipsis. Contendit enim ipsorum anima et hec quidem propter maliciam dolet recedens a quibusdam. hec autem delectatur. et hoc quidem huc. hoc autem illuc trahit. quemadmodum dilacerancia. Si autem non possibile simul tristari et delectari sed post parum tristatur quoniam delectatus est. et non utique volebat delectabilia hec fieri. penitudine enim pravi replentur. Non utique videtur pravus neque ad seipsum amicabiliter disponi propter nichil habere amabile. Si utique sic habere valde est miserum. fugiendum maliciam intense. et temptandum epyeikea esse. Sic enim et ad seipsum amicabiliter utique habebit. et alteri amicus fiet. Benivolentia autem amicabili quidem videtur. non tamen est amicicia. fit enim benivolencia et ad ignotos et latens. amicicia autem non. Et prius autem talia dicta sunt. Sed neque amatio est. Non enim habet intencionem neque appetitum. amationi autem hec sequuntur. et amatio cum consuetudine. Benivolencia autem et ex repente. quemadmodum et circa agonistas accidit. benivoli enim ipsis fiunt et convolunt. cooperabuntur autem utique nichil. Quod enim diximus repente benivoli fiunt et superficialiter diligunt. Videtur utique principium amicicie esse quemadmodum est quod amare ea que per visum delectacio. Non enim prodelectatus specie nullus amat. Gaudens autem specie nichil magis amat. sed cum et absentem desiderat et presenciam concupiscit. sic utique et amicos non possibile esse non benivolos factos. Benivoli autem nichil magis amant. Volunt enim solum bona quibus sunt benivoli. cooperabuntur autem utique nichil. neque turbabuntur pro ipsis. Propter quod transferens dicet quis utique ipsam principium amicicie. diuturnam autem et in consuetudinem advenientem fieri amiciciam. Non eam que propter est utile neque eam que propter delectabile. Non enim benivolencia in hiis fit. Beneficiatus quidem pro quibus passus est retribuit benivolenciam iusta operans. Volens autem aliquem bene operari spem habens habundancie per illum. non videtur benivolus illi esse. sed magis sibi ipsi quemadmodum neque

Deinde cum dicit. [illegible] ... benivolencia ... [illegible]

Deinde cum dicit. [illegible] ... amatio ... benivolencia ... [illegible]

Deinde cum dicit. [illegible] ... benivolencia ... principium amicicie ... [illegible]

Deinde cum dicit. [illegible] ... benivolencia ... [illegible]

Deinde cum dicit. [illegible] ... amici benivolencia sit principium ... [illegible]

Deinde cum dicit. [illegible] ... amici benivolencia ... benivolus ... agonistis ... [illegible]

[illegible]

amicus si curet ipsum, sed quedam usum. Totaliter autem benivolentia propter virtutem et epyeikeiam quandam fit, cum utique bonus quis appareat vel fortis vel aliquid talium, quemadmodum et in agonistis diximus. ¶ Amicabile autem et concordia videtur. propter quod non est homodoxia. hoc quidem enim et ignorantibus adinvicem existet utique. neque qui circa quodcumque consentientes concordare aiunt, puta eos qui de celestibus; non enim amicabile de hiis concordare. Sed civitates concordare aiunt, cum de conferentibus consentiant, et eadem eligunt et operentur communiter opinata. circa operabilia utique concordant, et horum circa que in magnitudine et contingentia ambobus existere vel omnibus, puta civitates cum omnibus videatur principatus eligibiles esse, vel compugnare Lacedemoniis, vel principari Pittacum, quando et ipse voluit. Cum autem utique se ipsum uterque velit quemadmodum qui in Fenissis contendunt. non enim est concordare sibi ipsum utrumque idem velle quodcumque, sed quod in eodem, puta cum et plebs et epieikees optimos principari. Sic enim omnibus fit quod appetunt. Politica autem amicicia videtur concordia quemadmodum et dicitur. circa conferentia enim est et que ad vitam convenientia. Est autem talis concordia in hiis qui epyeikees. Isti enim et sibi ipsis concordant et adinvicem in eisdem existentes ut dicitur. Talium enim manent voluntates, et non transfluunt quemadmodum euripus. volunt que iusta et conferentia. hec utique et communiter appetunt. Pravos autem non possibile concordare nisi in parvum, quemadmodum et amicos esse, supphabundantiam appetentes in utilibus. In laboribus autem et ministrationibus deficientes. sibi ipsi autem unusquisque volens hec proximum perscrutatur et prohibet. non enim servantium commune perditur. accidit enim ipsis contendere adinvicem quod cogentes ipsos autem non volentes iusta facere. ¶ Benefactores autem benefactos videntur magis amare quam bene patientes operantes. et ut preter rationem factum queritur pluribus. quod quidem igitur quoniam hii quidem debent, hii autem debent. quemadmodum et in mutuis debentes quidem volunt non esse quibus debent, accomodantes autem et curant debentium salute; sic et benefacientes velle esse operaciones ut lucrantes gratias, hiis autem non esse cure retribuere. Epicharmus quidem igitur forte utique dicet hec dicere ipsos ex malo videntes. assimulatur autem humano. Immemores enim multi, et magis bene pati quam facere appetunt. Videbitur autem utique et naturalius esse causa, et non simile ei quod circa accomodantes. non enim est amatio circa illos, sed eius quod salvari voluntas lucri gratia. Benefacientes autem amant et diligunt bene patientes, et si nichil sint utiles, neque posterius fiant utique. Hoc autem et in artificibus accidit. Omnis enim proprium opus diligit magis quam diligatur utique ab opere animato facto. Maxime autem forte hoc circa poetas accidit. superdiligunt enim propria poemata, diligentes quemadmodum filios. Tali utique assimulatur et quod benefactorum. bene passum enim opus ipsorum. hoc utique diligunt magis quam opus facientem. Huius autem causa quoniam esse omnibus eligibile et amabile. Sumus autem in actu. In vivere enim et operari. actu utique faciens opus

[illegible]

[illegible]

est quodammodo. Diligit utique opus quod et est. Hoc autem naturale. Quod enim est potentia,
hoc actu opus nunciat. Simul autem et benefactori quidem bonum quod secundum
actum, ut et gaudet in quo hoc. Patienti autem nullum bonum in operante,
set siquid conferens. Hoc autem minus delectabile et amabile. Delectabilis autem est presentis
quidem operatio, futuri autem spes, facti autem memoria. Delectabilissimum autem quod
secundum operationem, et amabile similiter. Benefacienti quidem igitur manet opus. Bonum enim
diuturnum. Patienti autem utile transit. Et memoria bonorum quidem delectabilis,
utilium autem non omnino vel minus. Expectatio autem e contrario habere videtur. Et amatio
quidem factioni assimulatur, amari autem ei quod est pati. Superexcellentibus
utique circa actionem sequitur amare et amicabilia. Adhuc autem que laborio
se fiunt omnes magis diligunt, puta et pecunias possidentes
accipientibus. Videtur utique benefacere pati quidem illaboriosum esse, benefacere
autem operosum. Propter hoc autem et matres amatrices magis filiorum. Labori
osior enim generatio, et magis sciunt quoniam ipsarum. Videbitur utique hoc et
benefactoribus proprium esse. Dubitatur autem utrum oportet amare seipsum maxime
vel aliquem alium. Increpant enim eos qui seipsos maxime dili
gunt, et ut in turpi amatores sui vocant. Videtur autem pravus quidem
sui ipsius gratia omnia agere, et quanto utique deterior fuerit, tanto magis.
Accusant utique ipsum, puta quoniam nichil a seipso agit. Epyikes
autem propter bonum, et quanto utique melior sit, magis propter bonum, et amici gratia,
quod autem sui ipsius pretermittit. Sermonibus autem hiis opera dissonant, non ir
rationabiliter. Aiunt enim oportere amare maxime maxime amicum.
Amicus autem maxime qui vult cui vult bona illius
gratia, et si nullus sciat. Hec autem existunt maxime ipsi ad seipsum, et re
liqua utique omnia quibus amicus determinatur. Dictum est enim quoniam ab
ipso omnia amicabilia et ad alios extenditur. Set et proverbia omnia
consentiunt, puta hoc una anima, et communia que amicorum, et equalitas
amicitia, et genu tibie propinquius. Hec enim omnia ad seipsum ma
xime existunt. Maxime enim amicus sibi ipsi, et amandum maxime
seipsum. Dubitatur autem convenienter utris debitum sequi, debitum
sequi ambobus habentibus credibile. Forte igitur tales oportet sermo
nes dividere et determinare in quantum utrique et quo verum dicunt. Si u
tique acceperimus amans sui qualiter utrique dicunt, forte utique
fiet manifestum. Hi quidem igitur in exprobrium ducentes ipsum amatores
sui vocant eos qui sibi ipsis tribuunt plus in pecuniis et honoribus
et delectationibus corporalibus. Hec enim multi appetunt et student cir
ca ipsa ut optima entia. Propter quod et expugnabilia sunt. Circa hec
utique avari largiuntur concupiscentiis et totaliter passionibus
et irrationali anime. Sunt autem tales multi. Propter quod et appellatio
facta est a multo pravo existente. Iuste utique sic philautis
exprobratur. Quoniam autem talia sibi ipsis tribuentes consueverunt

[illegible]

[illegible commentary]

dicere multi philautos, non immanifestum. Si enim quis semper studeret iusta agere ipse maxime omnium vel temperata vel qualiacumque alia eorum que secundum virtutes, et totaliter semper bonum sibi ipsi acquireret, nullus diceret philautum hunc neque vituperabit. Videbitur autem utique talis magis esse philautus. Tribuit enim sibi ipsi optima et maxime bona et largitur sui ipsius principalissimo, et omnia huic obediunt. Quemadmodum et civitas principalissimum maxime esse videtur et omnis alia congregatio, sic et homo. Et philautus utique maxime hoc diligens et huic largiens. Et continens utique et incontinens dicitur in tenere intellectum vel non, ut hoc unoquoque ente. Et egisse videntur ipsi et voluntarie que cum ratione maxime. Quoniam quidem igitur hoc unusquisque est vel maxime, non immanifestum, et quoniam epyeikes maxime hoc diligit. Quare philautus maxime utique erit, secundum alteram speciem exprobrati, et differens tantum quantum secundum rationem vivere a secundum passionem, et appetere bonum vel visum conferre. Circa bonas quidem igitur actiones differenter studentes omnes recipiunt et laudant. Omnibus autem contendentibus ad bonum et intendentibus optima agere, et communiter utique omnia erunt quibus indiget, et proprie unicuique maxima bonorum, siquidem virtus tale est. Quare bonum quidem oportet philautum esse. Et enim ipse iuvabitur bona agens, et alios iuvabit. Malum autem non oportet; ledet enim et seipsum et proximos pravis passionibus sequens. Malo quidem igitur dissonant que oportet agere et que agit. Omnis enim intellectus eligit optimum sibi ipsi. Epyeikes autem obedit intellectui. Verum enim quod de studioso et amicorum gratia multa agere et patrie et si oporteat mori. Proiciet enim et pecunias et honores et totaliter circumpugnabilia omnia bona, procurans sibi ipsi bonum. Paucum enim tempus delectari valde magis eliget utique quam multum quiete, et vivere annum bene quam multos annos qualitercumque, et unam actionem bonam et magnam quam multas et parvas. Morientibus autem hoc forte accidit. Eligunt utique magnum bonum sibi ipsis. Et pecunias proiciunt utique in quo plura recipient amici. Fiunt enim amico quidem pecunie, ipsi autem bonum. Maius autem bonum sibi ipsi tribuit. Et circa honores itaque et principatus idem modus. Omnia enim amico proiciet; bonum enim ei ipsi hoc et laudabile. Convenienter utique videtur studiosus esse pro omnibus eligens bonum. Contingit et actiones amico proicere, et esse melius eo quod est ipsum operari causam amico fieri. In omnibus autem laudabilibus studiosus videtur sibi ipsi boni plus tribuens. Sic quidem igitur oportet philautum esse quemadmodum dictum est; ut autem multi, non oportet.

Dubitatur autem et circa felicem si indigebit amicis vel non. Nichil enim aiunt opus esse amicis beatis et per se sufficientibus. Existunt enim ipsis bona, per se sufficientes igitur entes nullo indigere. Amicum autem alterum ipsum autem entem tribuere que per seipsum

[illegible commentary]

[illegible]

Non potentem enim cum demon bene det quod opus est amicis. Assimilatur autem convenientibus hoc, omnia attribuentes bona felici amicos non assignare, quod videtur exteriorum bonorum maximum esse. Si autem amici magis est benefacere quam pati, et est boni et virtutis benefacere, melius autem benefacere amicis quam extraneis, bene passis indigebit studiosus. Propter quod et rursus quaeritur utrum in bonis fortuniis magis opus est amicis vel in infortuniis, ut et infortunato indigente benefacturis, et bene fortunatis quibus benefaciet. Inconveniens autem forte et solitarium facere beatum. Nullus enim eligeret utique secundum seipsum omnia habere bona. Politicum enim homo et convivere aptus natus. Et felici utique hec existit. Que enim natura bona habet, manifestum autem quod cum amicis et epyeikees melius quam extraneis et quibuscumque commorari. Opus est ergo felici amicis. Quid ergo dicunt primi et quo verum dicunt, vel quoniam multi existimant amicos utiles esse? Talibus quidem igitur non indigebit beatus, quia bona existunt ipsi. Neque utique hiis qui propter delectabile vel in parvum. Delectabilis enim vita ens non indiget superducta delectatione. Non indigens autem talibus amicis non videtur indigere amicis. Hoc autem non verum forte. In principio enim dictum est quoniam felicitas operatio quedam est. Operatio autem manifestum quoniam fit, et non existit quemadmodum possessio quedam. Si autem felicem esse est in vivere et operari, boni autem operatio studiosa et delectabilis secundum seipsam, quemadmodum in principio dictum est. Est autem et proprium et delectabilium. Speculari autem magis proximos possumus quam nos ipsos, et illorum actiones quam proprias. Studiosorum utique actiones amicorum entium delectabiles bonis. Ambo enim habent que natura delectabilia. Beatus utique amicis talibus indiget, siquidem speculari eligit actiones studiosas et proprias. Tales autem que boni amici entis. Existimant autem oportere delectabiliter vivere felicem. Solitario quidem igitur difficilis vita. Non enim facile secundum seipsum operari continue, cum aliis autem et ad alios facile. Erit igitur operatio magis continua, delectabilis existens secundum se, quod oportet circa beatum esse. Studiosus enim secundum quod studiosus hiis que secundum virtutem actionibus gaudet, hiis autem que a malicia contristatur, quemadmodum musicus bonis melodiis delectatur, in pravis autem contristatur. Fiet autem utique et askesis quedam virtutis ex convivere bonis, quemadmodum et Theognis ait. Naturalius autem intendentibus videtur studiosus amicus studioso natura eligibilis esse. Natura enim bonum dictum est quoniam studioso bonum et delectabile est secundum seipsum. Vivere autem determinant animalibus potentia sensus, hominibus autem sensus vel intellectus. Potentia autem ad operationem reducitur. Principale autem in operatione. Videtur autem vivere esse principaliter sentire vel intelligere. Vivere autem eorum que secundum seipsum bonorum et delectabilium. Determinatum autem et quod boni natura. Quod autem natura bonum et epyeikei. Propter quod videtur omnibus delectabile esse. Non oportet autem accipere malam vitam et corruptam, neque in tristiciis. Indeterminata enim talis quemadmodum existentia ipsi. In habitis autem de tristicia erit manifestius. Si autem ipsum vivere bonum et delectabile. Videtur autem et ex eo quod est omnis appetere ipsum, et maxime epyeikees et beatos.

[illegible]

[illegible]

atos. his enim vita eligibilior. et horum beatissima vita. Videns autem quoniam videt. sentit. et audiens quoniam audit. et vadens quoniam vadit. et in aliis similiter est aliquid sentiens quoniam operamur. sentimus. quare utique quoniam sentimus. et intelligimus quoniam intelligimus. Hoc autem quoniam sentimus vel intelligimus quoniam sumus. esse enim erat sentire vel intelligere. sentire autem quoniam vivit. delectabilium secundum seipsum. natura enim bonum vita. bonum autem existens in seipso sentire delectabile. eligibile autem vivere et maxime bonis. quoniam esse bonum est ipsis et delectabile. consentientes enim quod secundum seipsum bonum delectantur. Sicut autem ad seipsum habet studiosus. et ad amicum. alter enim ipse amicus est. Quemadmodum igitur seipsum esse eligibile est unicuique: sic et amicum vel proxime. Esse autem eligibile erat propter sentire ipsum bonum entem. Talis autem sensus delectabilis secundum seipsum. Consentire igitur oportet et amicum quoniam est. hoc autem fiet utique in convivere. et communicare sermonibus et mente. sic enim utique videbitur convivere in hominibus dici. et non quemadmodum in pecoribus in eodem pasci. Si utique beato esse eligibile secundum seipsum bonum natura ens et delectabile. proximum autem et amicum est. et amicus eligibilium erit. Quod autem est ipsi eligibile. hoc oportet existere ipsi. vel sic indigens erit. Oportet erit igitur felicitati amicis studiosis. Utrum igitur plures amicos faciendum. vel quemadmodum in hospitalitate convenienter dictum esse videbitur. neque multorum hospes. neque non hospes vocari. et in amicicia congruet. neque non amicum esse. neque rursus multum amicum secundum superhabundantiam. His quidem igitur qui ad utilitatem. et omnino videbitur congruere quod dictum est. Multis enim retribuere laboriosum. et non sufficiens vita ipsi hoc agere. Plures utique eorum quam ad propriam vitam sufficientes pscrutatores et impeditivi ad bene vivere. nichil igitur opus ipsis. Sed et qui ad delectationem sufficiunt. pauca quemadmodum in cibo delectamentum. Studiosos autem ~~plures~~ utrum plures secundum numerum vel est quedam mensura et amicabilis multitudinis. quemadmodum civitatis. Neque enim ex decem hominibus fit utique civitas. neque ex decem miriadibus adhuc civitas est. Quantum autem non est forte unum aliquid. sed omne intermedium quorundam determinatorum. Et amicorum utique est quedam multitudo determinata. Et forte quod plures cum quibus utique poterit quis convivere. hoc enim videbatur amicabilissimum esse. Quoniam autem non possibile multis convivere et distribuere seipsum non immanifestum. Adhuc autem et illos oportet amicos adinvicem esse si debent omnes adinvicem commorari. hoc autem operosum in multis existere. Difficile fit et congaudere et condolere familiariter multis. Contingens enim concidere simul huic quidem condelectari. huic autem contristari. Forte igitur bene habet non querere ut multum amicissimum esse. sed tot quot in convivere sufficientes. neque enim contingere videbitur utique multis esse amicum valde. propter quod neque amare plures. superhabundantia enim quedam esse vult amicicie. hoc autem ad unum. et valde utique ad paucos. Sic autem videtur habere et in rebus. Non fiunt enim amici multi secundum etairicam amiciciam. Ympnizate autem in duobus dicuntur. Polifili autem et familiariter omnibus pocientes nulli videntur esse amici, nisi politice. quos et vocant placidos. Politice quidem igitur est

[illegible]

[commentary illegible]

multos esse amicum et non placidum entem. Sunt vero epieikea propter virtutem autem
et propter se ipsos neque ad multos amabile; autem et paucos invenire tales.
Utrum autem in bonis fortuniis amicis opus et magis vel in infortuniis?
In ambobus enim requiruntur. Et enim infortunati indigent auxilio, et fortunati con-
victoribus et quibus beneficiant; volunt enim bene operari. Necessarium quidem
igitur magis in infortuniis, propter quod utilibus hic opus est; melius autem in bonis fortu-
niis, propter quod et epieikees quaerunt; hos enim eligibilius beneficiare et cum hiis
conversari. Est enim et praesentia ipsa amicorum delectabilis et in bonis fortuniis et in
infortuniis. Alleviantur enim tristati condolentibus amicis. Propter quod
et utique dubitabit aliquis utrum quemadmodum grave consumunt, vel hoc quidem
non, praesentia autem ipsorum delectabilis existens et intellectus eius quod condolent mi-
norem tristitiam facit. Si quidem igitur propter haec vel propter aliud aliquid alleviantur, di-
mittatur. Accidere igitur autem videtur quod dictum est. Videtur autem praesentia mixta quaedam
ipsorum esse. Ipsum quidem enim videre amicos delectabile, aliter quidem et infortu-
nato, et fit quoddam auxilium ad non tristari. Consolativum enim amicus et vi-
sione et sermone, si sit epidexius; novit enim morem et in quibus delectatur
et tristatur. Tristatum autem sentire in propriis infortuniis triste. Omnis enim
tristis fugit tristitiae causa esse amicis. Propter quod viriles quidem naturam re-
verentur contristari amicos ipsis, et si non supertendat in tristitia, non sustinet
talis; et omnino complorantibus non complacet, propter nec ipse esse ploratus. Mulier-
culae autem et tales viri coangustiatis gaudent et amant ut ami-
cos et condolentes. Imitari autem in omnibus oportet videlicet meliorem. In bonis
fortuniis autem amicorum praesentia et conversationem delectabilem habet et intelli-
gentiam quoniam delectantur in ipsius bonis. Propter quod videbitur utique opor-
tere ad bonas fortunas quidem vocare amicos prompte; bene-
factivum enim esse bonum; ad infortunia autem pigritantem. Tradere enim
ut minimum oportet malorum. Hoc sufficiens ego infortunans. Ma-
xime autem advocandum cum debeant pauca turbati magna ipsum iu-
vare. Ire autem e converso forte congruit ad infortunatos, quod non vocatum,
et prompte. Amici enim beneficere et maxime hiis qui in necessitate et hiis non
dignificantibus; ambobus enim melius et delectabilius. Ad bonas fortu-
nas autem cooperantem quidem prompte; etenim ad haec necessitas amicorum.
Ad bonam passionem autem quiete; non enim bonum promptum fieri in iuvari. Opi-
nionem autem in delectationibus inhonestosum esse forte reverendum. Omnibus enim
accidit. Praesentia utique amicorum in omnibus utique eligibilis videtur. Utrum igitur quem-
admodum amantibus videre delectissimum est, et magis eligunt hunc sensum quam a-
lios, ut secundum hunc maxime amorem entem et fientem, sic et amicis eligi-
bilissimum est convivere? Communicatio enim amicitia, et ut ad se ipsum
habet, sic et ad amicum. Circa se ipsum autem sensus quoniam est eligibilis,
et circa amicum utique. Operatio autem fit ipsius in convivere. Quare conve-
nienter hoc appetunt. Et quod utique est singulis vel cuius gratia eligunt vi-

[commentary illegible]

[illegible]

ue. in hoc cum amicis uolunt conversari. propter quod hii quidem compotant. hii autem colludunt ad aleas. alii autem et coexercitantur et convenant. vel cophilosophantur singuli in hoc commorantes quod maxime diligunt eorum que in vita. convivere enim volentes cum amicis hec faciunt et hiis communicant quibus existimant convivere. Fit igitur pravorum quidem amicicia mala. communicant enim pravis instabiles entes. et mali autem fiunt assimilati adinvicem. Que autem eorum qui epyeikees epyeikees coaucta colloquiis. videntur autem et meliores fieri operantes et dirigentes adinvicem. recipiunt enim adinvicem quibus complacent. Unde illud bona quidem enim a bonis. De amicicia quidem igitur in tantum dictum sit. Sequitur autem utique erit pertransire de delectatione.

Post hec autem de delectatione forte sequitur pertransire. *Incipit liber decimus*

Maxime enim videtur coappropriari generi nostro. propter quod erudiunt iuvenes gubernatores delectatione et tristicia. Videtur autem et ad moris virtutem maximum esse gaudere quibus oportet. et odire que oportet. protenduntur enim hec per omnem vitam, momentum habentia et potentiam ad virtutem et felicem vitam. Delectabilia quidem enim eligunt. tristia autem fugiunt. De talibus autem nequaquam videbitur eligendum esse. Aliter quoque et multam habentibus dubitationem. hii quidem enim bonum delectationem dicunt. hii autem ex contrario valde pravum. hii quidem forte persuasi sic et habere. hii autem existimantes melius esse ad vitam nostram enunciare delectationem pravorum. et si non est. Inclinare enim multos ad ipsam et servire delectationibus. propter quod oportere in contrarium ducere. venire enim utique sic ad medium. Ne forte autem non bene hoc dicitur. de hiis enim que in passionibus et actionibus sermones minus sunt credibiles operibus. Cum igitur dissonent hiis que secundum sensum, contempti et verum coninteriunt. Vituperans enim delectationem visus aliquando appetens, inclinare videtur ad ipsam ut talem existentem omnem. determinare enim non est multorum. Videntur igitur veri sermonum non solum ad scire utilissimi esse, sed et ad vitam. consonantes enim entes operibus credunt. propter quod provocant intelligentes vivere secundum ipsos. Talium quidem igitur sufficienter. Que autem de delectatione supveniamus.

Eudoxus igitur delectationem per se bonum existimabat esse propter omnia videre desiderantia ipsam. et rationalia et irrationalia. In omnibus autem esse eligibile epyeikes et maxime potissimum. Omnia autem ad idem ferri ut omnibus optimum significat. unumquodque enim sibi ipsi bonum invenire. quemadmodum et cibum. omnibus utique bonum. et quod omnia appetunt per se bonum esse. Credebantur autem sermones propter moris virtutem magis quam propter ipsos. Differenter enim videbatur temperatus esse non utique sed sic habere secundum veritatem. Non minus autem existimabat esse manifestum ex contrario. tristiciam enim secundum seipsam omnibus fugiendum esse. similiter autem contrarium eligibile. Maxime autem esse eligibile quod non propter alterum neque alterius gratia eligimus. Tale autem confessum esse delectationem. nullum enim interrogare cuius gratia delectatur. ut secundum seipsam existentem eligibilem delectationem. Appositamque cui

[illegible]

[illegible]

aliquo bonorum eligibilius facere, puta ei quod est iuste agere et tempera-
tum esse. Augeri utique bonum ipsum sibi ipsi. Videtur iste sermo bonorum
ipsam enumerare et nichil magis altero. Omne enim cum altero bono eligibilius quam
solitarium. Tali utique ratione et Plato interimit quoniam non est delectatio per se bonum;
eligibiliorem enim esse cum prudentia delectabilem vitam quam sine. Si autem mixtum
melius, non esse delectationem per se bonum; nullo enim apposito ipsi per se bonum eligi-
bile fieri. Manifestum quod neque aliud nullum per se bonum utique erit, quod cum aliquo per se ipsum
bonorum eligibilius fit. Quid igitur est tale quo et nos communicamus? Tale
enim quaeritur. Instantes autem quod non bonum quod omnia appetunt, nichil dicunt. Quod enim omnibus vi-
detur esse aimus. Interimens autem hanc fidem non omnino credibiliora dicet.
Si quidem enim quae sine intellectu appetunt ipsa, erit utique aliquid quod dicitur. Si
autem et quae sapientes, quomodo dicent utique aliquid? Forte autem et in pravis est aliquod
naturale bonum melius quam secundum ipsa, quod appetit proprium bonum. Non videtur autem neque de
contrario bene dici. Non enim aiunt si tristicia malum, delectationem bonum
esse; opponi enim et malum malo, et ambo ei quod neutrum, dicentes
haec non male, non tamen in dictis verum dicentes. Ambobus
enim entibus malis et fugienda oportebat ambo esse, neutrorum autem neu-
trum vel similiter. Nunc autem videntur hanc quidem fugientes ut malum, hanc
autem eligentes ut bonum. Sic utique et opponuntur. Non tamen si non quali-
tatum est delectatio, propter hoc neque bonorum; neque enim virtutis operationes quali-
tates sunt, neque felicitas. Dicunt autem bonum quidem determinatum esse, delectationem autem
indeterminatam esse, quoniam recipit magis et minus. Si quidem ex delectari hoc iu-
dicant, et circa iusticiam et alias virtutes secundum quas manifeste
aiunt magis et minus quales existere, et secundum virtutes erit idem. Iusti
enim sunt magis et fortes. Est autem et iuste agere et temperate agere; si autem in
delectationibus, ne forte non dicunt causam, si sunt haec quidem impermixte,
haec autem mixte. Quid autem prohibet quemadmodum sanitas determinata exis-
tens recipit magis et minus, sic et delectationem? Non enim eadem commensuratio
in omnibus est, neque in eodem una quaedam semper, sed remissa permanet
usque ad quid, et differt in magis et minus. Perfectumque per se bonum
ponentes, motiones autem et generationes imperfectas, delectationem moto-
nem et generationem enunciare temptant. Non bene autem videntur dicere neque esse
motum. Omni enim proprium esse videtur velocitas et tarditas, et si non
secundum se ipsam, puta quae mundi, ad aliud. Delectationi autem horum neu-
trum existit. Delectatum fuisse quidem enim est velociter quemadmodum iratum fuisse;
delectari autem non, neque ad alterum. Ire autem et augeri et omnia talia. Trans-
ponere quidem igitur in delectationem velociter et tarde est, operari autem secundum ipsam
velociter non, dico autem delectari. Generatio qualiter utique erit? Videtur enim
non ex quocumque quodcumque fieri, sed ex quo fit in hoc dissolvi, et cuius generatio de-
lectatio, huius tristicia corruptio. Et dicunt autem tristiciam quidem defectum esse
eius quod secundum naturam, delectationem autem repletionem. Haec enim corporales

[illegible]

[illegible]

sunt passiones. Si utique est quod secundum naturam repletio delectatio, in quo repletio hoc utique et delectabitur. Corpus igitur; non videtur autem. Non est igitur repletio delectatio, set facta quidem repletione delectabitur utique aliquis, et incisus tristabitur. Opinio autem hec videtur facta esse ex hiis que circa cibum tristiciis et delectacionibus. Indigentes enim factos et tristatos delectari repletione. Hoc autem non circa omnes accidit delectaciones. Sine tristicia enim sunt mathematice, et que earum que secundum sensus per olfactum sunt, et auditus et visiones multe autem et memorie et spes. Cuius igitur hee generaciones erunt? Nullius enim defectus facti sunt, cuius fiat utique repletio. Ad proferentes autem exprobrosissimas delectacionum, dicet quis utique quoniam non sunt hec delectabilia. Non enim si male dispositis delectabilia sunt, existimandum ipsa et delectabilia esse simpliciter, nisi hiis, quemadmodum neque laborantibus sana vel dulcia vel amara, neque rursus alba que videntur patientibus ophthalmiam. Vel sic utique dicet utique quoniam delectationes quidem eligibiles sunt, non tamen ab hiis, quemadmodum et ditari, prodendo autem non, et sanum esse, non tamen quodcumque comedentem. Vel specie differunt delectaciones. Alie enim que a bonis ab hiis que a turpibus, et non est delectari ea que iusti non entem iustum, neque ea que musici non entem musicum, similiter autem et in aliis. Manifestare autem videtur et amicus alius ens ab adulatore non existentem bonum delectationem, vel differentes specie. Hic quidem enim ad bonum colloquitur, hic autem ad delectationem, et hic quidem vituperatur, hic autem laudatur ut non ad eadem colloquentes. Nullus quoque utique eliget vivere pueri mentem habens per vitam delectatus in quibus pueri ut existimant maxime, neque gaudere faciens quid turpissimorum, nequaquam debens tristari. Et circa multa studium faciemus utique et si nullam inferant delectationem, puta videre, recordari, scire, virtutes habere. Si autem ex necessitate sequuntur hiis delectaciones, nichil differt. Eligemus enim utique hec et si non fieret utique ab hiis delectatio. Quoniam quidem igitur neque bonum delectatio neque omnis eligibilis, manifestum videtur esse, et quoniam sunt quedam eligibiles secundum se, differentes specie vel a quibus. Que quidem igitur dicuntur de delectacione et tristicia, sufficienter dicta sint. Quid autem est vel quale quid, manifestius fiet utique a principio resumentibus. Videtur enim visio quidem secundum quodcumque tempus perfecta esse. Non enim est indigens nullo quod in posterius factum perficiet ipsius speciem. Tale autem videtur et delectatio. Totum enim quoddam est, et secundum nullum tempus accipiet quis delectationem, cuius in pluri tempore facte perficietur species. Propter quod neque motus est. In tempore enim omnis motus et finis alicuius, puta edificativa perfecta cum faciat quod appetit, vel in omni tempore utique hoc. In partibus autem temporis omnes imperfecte et altere specie a toto et ab invicem. Lapidum enim compositio altera a columpne virgatione, et hec a templi factione. Et templi quidem perfecta; nullo enim indigens ad propositum. Fundamenti autem et triglyphi imperfecta; partis enim utraque. Specie igitur differt, et non est in quocumque tempore accipere motum perfectum specie, set si utique in omni. Similiter autem et in ambulatione et reliquis. Si enim est latio motus unde quo, et huius differentie secundum species volatus, ambulatus, sal[tus]

[illegible]

[illegible]

ratio ⁊ talia. Non solum aut sic. sed i ipa ambulatione. Hec eni un quo, n id i stadio ⁊ pte. ⁊ i alia ⁊ alia pte. n: ptransire lineam hanc ⁊ illa. Non solum eni lineam ptransit. sed ⁊ in loco existente. In isto aut hec ab illa. Certitudinem quide de motu alius dcm est. Videt aut n i omi tempore pfectus esse. sed multi ipfecti ⁊ differentes spe siquide quo unde spe facientes. Delectatois aut i quocumque tpe pfca spes. Manifestu g q ⁊ alteri erut abinuice ⁊ totorz aliqd ⁊ pfctorz delectato. Videb aut utiq hoc ⁊ ex n contingere moveri n in tempore. Delectari aut. Quod eni in isto nc totu aliqd. Ex hiis aut manifestu ⁊ qm non bn dicit motu vel gnatoem esse delectatoem. Non eni omniu hec dicit. sed partibiliu ⁊ n totorz. neq eni visionis e gnato. neq puncti neq unitatis. neq horz nichil mot neq delectatois. totu eni quoddam. Sed aut omnis ad sensibile opantis pfecte aut bn dispositi ad pulcherrimu sb sensu iacentiu. tale enim maxime vr pfecta opatio. Ipm aut dicere opari vel in quo e n differat. Sed unicuiq eni optima e opato optime dispositi ad potissimu eorz que sb ipam. hec aut utiq pfectissima e erit ⁊ delectabilissima. Sed omne eni sensu e delectato. Simili aut ⁊ intellectum ⁊ speculatoem. delectabilissima aut pfectissima. Pfectissima aut que bn habentis ad studiosissimu eorz que sb ipam. Pficit aut opatoem delectato. Non sic aut eumdem modum ⁊ delectato pficit ⁊ sensibile ⁊ sensus studiosa entia. quadmodu neq sanitas ⁊ medicus simili cā e ei q e sanari. Secundu unuquq aut sensu qm fit delectato manifestum. aimus eni visiones ⁊ auditoes ee delectabiles. Manifestu aut ⁊ qm maxime cu ⁊ sensus sit potissimus ⁊ ad tale agit. talibz aut entibz ⁊ sensibile ⁊ sensato sep erit delectato existente ⁊ patiente. Pficit aut opatoem delectato n ut habitus qui inest. sed ut supveniens quidda finis ut iuuenibus pulchritudo. Usq quo aut sensibile vel intelligibile fuerit utiq ⁊ discernens vel speculans erit in opatione delectato. similibus eni entibz ⁊ ad invice eodem mo habentibz ⁊ passivo ⁊ factivo idem aptu natu e fieri. Qualiter g continue nullus delectat. laborat. omnia n huana corpora n possut continue opari. Non fit g neq delectato. seqt eni opatoem. Quedam aut delectant nova entia. postius aut n simil ppter hoc. primu quide eni incitata e mens ⁊ intensa circa ea opat. quadmodu secundu visu aspicientes. postea aut n fit talis opato. sed neglecta ppter quod ⁊ delectato obscuratur. Appetere aut delectatoem existimabit quis utiq omnes. qm ⁊ vivere omnes appetunt. Vita aut opato quedam e. ⁊ unusquisqz circa hec ⁊ in hiis opatur que ⁊ maxime diligit. puta musicus quide auditu circa melodias. amator aut discipline mente circa theoremata. sic aut ⁊ reliquoz unusquisqz. Delectato aut pficit opatoes ⁊ vivere aut quod appetunt. Pficit n. inmerito utiq: vivere eligibile enim. Vtrum aut ppter delectatoem vivere eligimus vel ppter vivere delectatoem dimittat in psenti. coniugi quide n. hec videntur ⁊ separatoem n recipe. Sin

[illegible]

[illegible]

opatõe eni n̄ fit delcatio hui⁹ uthr ⁊ spē diffe. Altas enī spē ab altis
existimam⁹ pfici sic n̄ na ⁊ nalia ⁊ q̄ ab arte puta animalia ⁊
arbores ⁊ picture ⁊ ymagines ⁊ domus ⁊ uas. Silr̄ a opones diffen
tes spē a differentib; spē pfici. Differt a q̄ intis ab his que s̄ sens⁹
⁊ hee ipē s̄ spēm ⁊ pficientes uniq; delcatões. Apparebit aūt utiq; hi ⁊ ex
coapp̄ari delcatonū unaq̄q; opom quā pficit. coauget enī opatōem
appa delcatio. magis enī singula iudicat ⁊ certis exquirit cū delcatōe
opantes. puta geometri fiūt gaudentes eo q̄ geometrizare ⁊ intelligūt sin
gula mag. silr̄ a ⁊ amatores musica ⁊ amatores edificationum ⁊ aliorum sigli
augmēt ad ppriū op⁹ gaudentes ipo. coaugent a delcatões coaugentia
appa aūt a spē ⁊ appa aliā spē. Adhuc a magis hec utiq; apparebit
ex eo q̄ ⁊ ab aliis delcatões īpeditas opationib; ē. Amantes enī fistulas
n̄ possūt sermonib; attende si audiāt fistulantes mag gaudentes
fistulatiua q̄ psiti opōe. s̄ fistulatiuā g̊ delcatio eā q̄ circa sermonē cor
rūpit opōm. silr̄ a hi ⁊ i aliis accidit c̄ silr̄ circa duo opent. Delcabi
lior enī alteram expellit. ⁊ si multū differt s̄ delcatōem mag. q̄re n̄
opari s̄ alterā. ppt q̄ gaudentes q̄; uehementi n̄ omnino discimus al
tri. ⁊ alia faciunt aliis q̄ere placentes. puta ⁊ i theatris legumina co
edentes cū pugonizantes sūt. tū mag ipsū opant. Cū a qd̄ appa delca
tio ɔfirmat opatōes ⁊ diuturniores ⁊ meliores fac. aliene a officiunt. Ma
nifestū q̄ multum distant. Fere n̄ aliene delcatões faciunt q̄ ppe
tristicie. corrūpūt n̄ opatōes ppe tristicie puta si huic scribe indelcabi
le ⁊ triste. h̄ ratiocinari. hic quidē n̄ scribit hic a n̄ ratiōat triste existente opē
accidit utiq; circa opones ɔriū a delcatoib; ⁊ tristicis ppriis. ppe
a sūt que i opone s̄ seipsam fiūt. aliene a delcatões dēc sūt quā p
rimū q̄ tristicie faciunt. corrūpūt enī. tn̄ n̄ silr̄. Differentib; a o
peratōib; epyeikea ⁊ prauitate. ⁊ his quidē eligibilib; existētib;
his a fugiendis. his a neutris. silr̄ a ⁊ delcatões. s̄ enī u
nāquāq; opōem appa delcatio ē. ea quidē g̊ studiose appa epyeikes
q̄ a praue mala. etenī ɔcupie bonorū qd̄ laudabiles turpiū a uitu
pabiles. mag appe a opatoib; q̄ i ipis delcatões ɔcupiscentus. hec
qd̄ n̄ distincte sūt ⁊ tēporib; ⁊ na. hec a ppinq̄ opōib; ⁊ idetermiate
sic ut habeat dubitatōm si id ⁊ opo delcatōm. N̄o tn̄ uidet qd̄ delcatio
mens ee nec sens. iconueniens n̄. s; ppt n̄ separari id uī quibusdā. q̄ad g̊ op
nes alie ⁊ delcatões differunt. a uisus a tactu puritate ⁊ audit⁹
⁊ olfc⁹ a gustu. simile utiq; ⁊ delcatões ⁊ ab his q̄ circa intē. ⁊ u
treq; ad inuicē. Vi a ē ⁊ uniuscuiusq; aīalis ⁊ delcatio appa. q̄ad ⁊ op
q̄ s̄ operatōem. ⁊ i unoq; a speculanti hi utiq; apparebit. alia enī
eq̄ ⁊ canis delcatio ⁊ hoīs. q̄ad heraclit ait asinū senia utiq; elige
mag q̄ aurū. delcabile nutrimētū auro asinis. eē q̄d g̊ diuisorū spē
differunt spē. eas a q̄ eorud̄ idifferentes rōnabile ee. Differt

[illegible]

[illegible]

a n̄ parum i hominib; · eade eni hos quid delectant · hos quid contristant · 7 huic quid tristia 7 odibilia s̄t · huis aut̄ delectabilia · 7 amicabilia · et in dulcibz a hoc accidit · no eni eade uident febricitanti 7 sano · neq; calid ee debili 7 bn̄ h̄nti · silr̄ aut̄ 7 i altis hoc accidit · Vi aut̄ i omib; talib; ee q in studioso · si a hoc bn̄ dicit · q̄ad uir 7 e unicuiq; mensura · uirtus 7 bonus · 7 q tal · 7 delectaciones erunt uti q · que huic uident · 7 delectabilia quib; iste gaudet · Si a huic tristi a · si huic apparent delectabilia · nich admirabile · Multe eni corruptiones · 7 nocumta hom̄ fiunt · delectabilia a n̄ s̄t · s3 huis 7 sic dispositis · Cōfessas quid g turpes · manifm̄ q n̄ dicit delectacones ee p̄ t q̄ corruptis · Earu a que epyeikeos ee uident · q̄ie m l quia dicit hois ee l ex oponib; manifm̄ · huis n · sequnt delectacones · Sui g plures e sui uniq; q p̄fci 7 bt̄i uiri · has p̄ficientes delectaciones p̄ni apalit̄ dicent utiq; hominis delectaciones ee · reliq a scd̄o 7 multi plr̄ q̄ad operationes · Dictis utiq; hiis q circa uirtutes 7 amicicias 7 delectaciones · reliquu de felicitate typo p̄transire · q̄ fine ipam ponim̄ humanoz · resumntib; a p̄dca · compendiosior utiq; erit sermo · Dixim a qm n̄ ē habitus · Etenī dormienti p uita existenti utiq; plan te uiuenti uita · 7 infortunato maxime · si utiq; h̄ n̄ placet · s3 magis i operationem quanda ponēd q̄ad i hiis q p̄ius dcm̄ · Operationu a hec qd s̄t necīe · 7 pp alta eligibiles · hee a s seipas · manifm̄ qm felicitate earu q s seipas eligibiliu aliqua ponēd · 7 n̄ earu que pp aliud · Nullo eni indigens felicitas · s3 p se sufficiens · Sp seipas a s̄t eligibiles a qb; nich q̄rit p̄t opationem · Tales a ee uident q s uirtute actiones · bona eni 7 studiosa agere eoz · que pp seipa eligibiliu · S3 7 ludoz delectabiles · Non n · pp alia ipos eligunt · leduntur n · ab ipis mag qm iuuant̄ negligentes corpora 7 possessione · Refugiunt a ad tales conuersationes · felicitantiu multi · pp q ap tyrannos approbant i talib; conuersationib; eutrapeli · Q n · appetunt in hiis t̄buunt seipos delectabiles · Indigent a talib; · videntur quid g felicitatiu h̄ ee pp eos q i potentatib; i hiis uacare · Nullum a forte signu tales s̄t · Non eni ipo tentate ee · uirtus nec intellectus a qb; studiose operationes · Neq; si igustabiles isti entes delectacōis sincere 7 libalis · ad corporales refugiunt · pp h̄ has existimand eligibiliores ee · Etenī pueri q ap ipos preciosa optima existimant ee · Rōnale utiq; q̄ad pueris 7 uiris alta uident preciosa · sic 7 prauis 7 hiis qui epyeikees · q̄ad g multociens dcm̄ ē 7 preciosa 7 delectabilia s̄t q studioso talia entia · Vnicuiq; a · q secd̄ p̄priu h̄itu eligibilissima operatio · 7 studioso a s uirtutem · Non i ludo g felicitas · Etenī inconueniens fine ee ludu 7 negotiari · 7 mala pati s uita omne ludendi gra · Omia eni ut dice altius gra eligimus p̄t felicitatem · Finis eni h̄ ē · Studē a · 7 laborare ludi gra · stulti

[illegible]

[illegible]

piens sunt et valde puerile videtur. Ludere autem ut studeat secundum Anacharsim recte habere
videtur. Requiei enim assimilatur ludus. Impotentes autem continue laborare re-
quie indigent. Non utique finis requies. Fit enim gratia operationis. Vi-
detur autem felix vita secundum virtutem esse. Hec autem cum studio sed non in ludo. Meliora que di-
cimus studiosa ridiculis et cum ludo, et melioris semper particule et ho-
minis studiosiorem operationem; que autem melioris melior et feliciorem
iam. Fruetur utique corporalibus delectationibus quicumque et bestiale non minus op-
timo. Felicitatis autem nullus bestiali tribuit, si non et vite. Non enim in tali-
bus conversationibus felicitas, sed in hiis que secundum virtutem operationibus, quemadmodum et pri-
dem dictum est. Si autem est felicitas secundum virtutem operatio, rationabile secundum optimam. H-
ec autem utique erit optimi. Sive utique intellectus hic sive aliud quid, quod utique
secundum naturam videtur principari et dominari et intelligentiam habere de bonis et di-
vinis, sive divinum et ipsum sive eorum que in nobis divinissimum, huius opera-
tio secundum propriam virtutem erit utique perfecta felicitas. Quoniam autem est specula-
tiva dictum est. Confessum autem hoc utique videbitur esse et hiis que prius et veri-
tati. Optima etenim hec operatio. Etenim intellectus eorum que in nobis, et cognosci-
bilium circa que intellectus. Est autem continuissima. Speculari speculari
etenim possumus continue magis quam operari quodcumque. Existimantque oportere
delectationem admixtam esse felicitati. Delectabilissima autem earum
que secundum virtutem operationum, que secundum sapientiam confesse est. Videtur igitur philosophia
admirabiles delectationes habere puritate et firmitate. Rationabile
autem scientibus quam querentibus delectabiliorem conversationem esse. Et que dicitur autem
sufficientia circa speculativam maxime utique erit. Ad vivere quidem enim
necessariis et sapiens et iustus et reliqui indigent. Talibus autem
sufficienter largitis iustus quidem indiget ad quos iuste operetur et
cum quibus. Similiter autem et temperatus et fortis et aliorum unusquisque. Sa-
piens autem et secundum seipsum ens potest speculari, et quanto utique sapientior erit
magis. Melius autem forte cooperatores habens, sed tamen per se sufficientissimus.
Videbitur autem utique ipsa sola propter seipsam diligi. Nichil enim ab ipsa fit preter spe-
culari. Ab operabilibus autem vel plus vel minus acquirimus preter actionem. Videtur que
felicitas in vacatione esse. Non vacamus enim ut vacemus, et bellamus ut pa-
cem ducamus. Practicarum quidem igitur virtutum in politicis vel bellicis operationes.
Que autem circa hec actiones videntur non vacantes esse. Bellice quidem et perfecte. Nullus
enim eligit bellare eius quod est bellare gratia, nec preparat bellum. Videretur
enim utique omnino interfector quis esse, si amicos oppugnatores
faceret ut pugne et occisiones fierent. Est autem et que politici non vacans, et preter
ipsum civiliter conversari acquirens potentatus et honores, vel magis et felicitatem
ipsi et civibus, alteram existentem a politica, quam et querimus manifestum ut al-
teram existentem. Si utique eas quidem que secundum virtutes actiones politice et bellice pul-
chritudine et magnitudine precellunt, hec autem non vacantes et fine alicuius appetunt
et non propter seipsas sunt eligibiles. Intellectus autem operatio studio differre videtur spe-

[illegible]

[illegible]

